~~ter~~ ter propter searciarias
et maleficas et reclu=
dantur ne in eis valeant
malignari &c.

Contra archidiaconos non
visitantes.

Cum visitacio et pro=
curacio adeo fuit connexa
et unum si ~~ne~~ ne altero (ut unum)
non valeant exerceri
~~qua~~ auctoritate fungimur ~~nos~~ vobis
precipiendo mandamus
quatenus archidiaco=
nos diligenter vestros
moneatis

moneatis ut cum
secundum apostolum
qui non laborat non
debeat manducare
~~decarte~~ decetero
procuracionibus
nullam commutacionem
pecuniæ recipiant
vel requirant sed
tunc solum procura=
cionem et requirant
~~cum~~ quando eos contingerit
quod si ~~ipsi~~ huiusmodi ~~ma~~=
mandatum contem=
ptentes fecerint
contra illud et ali=
quem subditum de=
fraudaverint dicto
modo ipsos ad res=
titucionem quadru=
plicem obligamus.
&c.

De ~~novo~~ denario Sancti Petri Colli= gendo item.

Cum Dominus noster
papa de fidelitate
nostra confisus nobis
sicut audivimus comi=
sit vices inquirendo
denario ~~sce~~ sancti Petri
paternitatem vestram
rogandam duximus et
mone~~amus~~ndam vo~~s~~bis aucto=
ritate predicta pre=
cipiendo mandamus
quatenus super colle=
ctione dicti denarii
Vos studeatis sollici=
tos exhibere et nostra
diligentia ab ipso
Domino nostro papa
supra maiora consti=
tuti

constitui ?

tuti mereatur et a nobis
culpam et penam requiri
alioquin non contin=
gat etc.

De municione Cimin~~teorum~~ teriorum qui
iuste et Religiose de resu=
rectione corporum co=
gitarent cimiterium
in quibus fidelium cor=
ruptibilia corpora ~~servan~~
servantur ut glo~~sa~~riosa re=
surgant claudi muris
~~in~~ et sepibus procura=
rent maxime cum
Beatissimus Augustinus di=
cat quod honoranda
sunt corpora defun=
ctorum et maxime
fidelium quibus est
tamquam

tamquam vasis et
organis spiritus sanctus
usus propter hoc to-
bias studebat mor-
tuos sepellire et ab-
raham speluncam
que ~~eat~~ erat in agro ~~magro~~
ephorti ad sepellien-
dum mortuos ~~com-~~
~~paravit~~ ~~pavit~~ ~~ne~~ compara-
vit ne laceraventur
a bestis quos sperabat
sicut sol in gloria
refulsuros et tam-
quam scirtille in
arundineto agiliter
discussuros quocir-
ca ~~vo~~ vobis mandamus
predicta auctoritate
quatenus cimiteria
vestrarum

Vestrarum Diocesum
que clausa non sunt
claudi taliter faciatis
quod huiusmodi ~~hoc~~ eis debitis
impendatur et in
munitates cimiterii
et eciam a terris ~~cu~~ cir=
cumjacentibus plenius
discernantur.

De Simbolo et oracione domini=
cali. ~~Denique~~

Denique Vobis iniungimus ut
in vestris sinodis pre=
sbiteris iniungatis
quatenus singulis die=
bus dominicis et fe=
stivis post evangelium
dicant ~~dicatis~~ publice in
vulgari suo oracionem
dominicam et simbolum
vel

vel ad minus oracionem
dominicam in latino
et simbolum in vul-
gari. Vidimus enim ~~etiam~~
in vestris diocesibus
aliquos centenarios
homines qui nescie-
bant omnino dice-
re que credebant
Datum aput ~~or~~ urbem
veterem tercio Nonas
Junii pontificatus
nostri Anno secundo.

Constituciones domini Nicolai Archiepiscopi gneznensis.

[Mikołaj Kurowski, arcybp. gnieźn. na synodzie prowinc. kaliskim 20.V.1406.]

In nomine domini
Amen sub anno
a natiuitate eiusdem
millesimo CCCC°VI
Indiccione XIIII

pontificatus sanctissimi
in christo patris et do=
mini nostri domini
Innocencii Pape septimi
Anno secundo die Jovis
XX mensis Mai de spe=
ciali ~~in~~ et expresso
mandato
eiusdem domini nostri.
Nos Nicolaus dei gracia
sancte Gneznensis Eccle=
sie Archiepiscopus ~~tum~~ cum
Reverendis ~~Renensis~~ in christo fra=
tribus et co Episcopis no=
stris Petro ~~Erasmo~~ Cracoviensi
Johane Wladislaviensi, Jaco=
bo Plocensi ~~art abbato~~ Alberto Pozna=
niensi ac Reverendorum ~~Renensi~~ fra=
trum nostrorum Ven=
ceslai Wratislaviensis et
Johannis

Johannis Lubucensis
Episcoporum ac Capitu-
lorum suorum nuncciis
et procuratoribus spe-
cialibus aliisque Episcopis
prelatis et clericis tam
secularibus quam Religio-
sis in Kalisz opido no-
stre Gneznensis diocesis
in Curia nostra Archie-
piscopali in provinci-
onali Sinodo pariter
congregati Statutis
antecessorum nostrorum
omnino illesis de unani-
mi et expressa voluntate
atque consensu omnium
et singulorum predicto-
rum infrascripta statu-
ta

ta salubriter edidi=
mus et ordinavimus
que statutis eorundem
antecessorum nostrorum
duximus annectanda
et primo quod deinceps
futuris temporibus
quibus Archiepiscopus
Gneznensis qui pro
tempore fuerit de
Triennio in triennium
provincialem teneatur
Sinodum, per se vel
alium convocare Ipse
quoque et quivis Epis
copus prefate Gne=
znensis provincie
in antea quolibet anno
semel in sua propria
diocesi Diocesanam
teneatur

teneatur similiter per
se vel alium sinodum
congregare, eo anno exce=
pto quo provincialis
sinodus celebratur, Su=
as quoque dioceses pre=
fati Archiepiscopus
et Episcopi visitari
procuren~~tis~~ subditorum
excessus corrigan~~tis~~ mo=
res reformen~~tis~~ statu=
an~~tis~~ et ordinen~~tis~~ que
animarum saluti cre=
diderint profutura,
quod ~~Et~~ si forte quod absit
prefati Archiepiscopus
et Episcopi antedictas
Sinodos ut premittitur
absque causa ~~tam~~ racionabili
quam in provinciali
sinodo

Sinodo tunc proxime
secutura ~~sequatur~~ teneantur expo=
nere contepserit ne=
glexerint aut ~~autem~~ distule=
rint conuocare, Archi=
episcopus pro prouin
ciali neglecta centum
pro diocesana non ob=
missa ipse et quivis Epis=
copus negligens ~~X~~ L mar=
cas grossorum pragen=
sium numeri polonici
et consueti sine con=
tradiccione seu diffi=
cultate qualibet pro
fabrica sue proprie
metropolitane vel
Kathedralis Ecclesie
persoluere ~~teneatur~~
quas penas si Archi=
episcopus

12

piscopus centum mar=
cas elapso termino
ipse vero vel quicunque
alius Episcopus quin=
quaginta marcas anno
elapso solvere ut
prefertur non curaverit
infra mensem extunc
suspensionis ab ingre=
ssu ecclesie incurrat sen=
tenciam

in postico. quatamdiu legatus per=
maneat quousque pre=
missa pena quam incidit
integraliter persolvatur
~~Araatiter~~ Quia plenarie et effec=
ctu aliter persoluta sive
alia absolucione pre=
dicta suspensio sit
sublata etc.

Item

Item volentes succurere
erroribus quos experiencia
docente didicimus tempo=
ribus nostris in aliquibus
diocesibus Gnesnensis
provincie ex~~erer~~oriri sta-
tuimus, quod Vigilia
~~Sancti~~ Beati Mathie apostoli
si in dies carnis privi
even~~it~~ erit quo ad jeiunium
et alia ab omnibus
observetur et in alium
diem per quempiam nul=
latenus transfferatur &.
Item cum plurimi ~~pro~~
pro notariis publicis
se gerunt cum non sint,
et ali~~ter~~ qui adeo sint ru=
des et simplices quod
protocolla et instrumenta
facere nesciunt statui=
mus

65

[nullus]

mus quod nullos per amplius pro notario publico in prouincia nostra recipiatur nec officium suum requiratur nisi per ordinarium loci vel alium de mandato ordinarii sit examinatus approbatus et receptus alioquin instrumentis per thales notarios ~~fictis~~ factis non credatur &c.

Item quod Capitulum ultimum de eleccione libri VI. de cridis ante institucionem et C. Cum inhibicio de Clamdestina desponsacione de bannis ante copulam pr~~e~~omittendis ad unguem observentur &c &c ~~finis~~ suis.

Honorius [IV.] etc. Dilecto filio Joanni Muscatae Archidiacono Lanciciensi in Ecclesia Gnesnensi.

Puritas devotionis et fidei quam te circa nos et Romanam Ecclesiam, tam ex fide dignorum testimonio, quam tue probitatis actibus habere accepimus, nos hortatur, ut personam tuam sincera complectentes in Domino caritate, sollicitudinem tuam in nostris et Ecclesiȩ prȩdictȩ agendis, cum expedit, fiducialiter requiramus, sperantes ut ea quȩ tibi a Sede Apostolica committuntur fideliter exequi et prosequi studeas diligenter. Cum itaque denarius Beati Petri sive census Ecclesiȩ Romanȩ in Polonia et Pomerania debitus, elapsis jam annis quampluribus non fuerit ipsi Ecclesiȩ, sicut accepimus, persolutus: nos de discretione tua plenam in Domino fiduciam obtinentes, exigendi, colligendi et recipiendi per te vel alium nostro et Ecclesiȩ prȩdictȩ nomine ea omnia quȩ Sedi Apostolicȩ de hujus denario, censibus, redditibus, proventibus et debitis ex quibuscunque juribus et vel causis, spiritualibus vel temporalibus, a quibuscunque personis Ecclesiasticis vel sȩcularibus, Ecclesiis, Monasteriis, civitatibus, castris, villis vel locis debentur, pro toto tempore, quo de hujus censibus, redditibus, proventibus et debitis, tibi non constiterit fore Romanȩ Ecclesiȩ satisfactum, nec non et compellendi debitores et detentores hujusmodi ad solutionem prȩdictorum omnium tibi faciendam, postquam tibi vel illis, quibus super his vices tuas commiseris de hoc per inquisitionem

vel alio modo constiterit; eosque, qui pro hujusmodi debitis non solutis excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententias incurrerunt, a præfatis sententiis, postquam de his tibi satisfactum fuerit, absolvendi, et faciendi etiam super hoc literas absolutionis nec non et quietationis de iis, quæ tibi fuerunt præfato nomine persoluta. Contradictores quoque cujuscunque dignitatis, ordinis, conditionis, seu gradus existant per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi liberam tibi auctoritate præsentium concedimus facultatem. Non obstante, si personis aliquibus ab eadem indultum existat, quod per literas Sedis ipsius excommunicari, interdici nequeant aut suspendi, et quibuscunque indulgentiis vel privilegiis, per quæ effectus præsentium in hac parte impediri valeat, vel etiam retardari, et de quibus plenam et expressam, aut de verbo ad verbum oporteat in nostris literis fieri mentionem, seu quibuscunque literis Apostolicis super exigendis et recipiendis eisdem denario sive censibus alii vel aliis destinatis, ac constitutione de duabus dietis edita in Concilio generali. Volumus autem ut frequenter rescribas nobis per tuas literas harum seriem continentes, quod et quantum et pro quanto tempore, et a quibus per te vel alios inde duxeris colligendum.

Datum Tibure V Idus Julii anno Primo

Przepisano z Kopii ręką Albertrandego Ex codice manuscripto Vaticano 7024 pag: 321. zrobionej, w tekach Naruszewicza znajdującej się; u spodu dopisek ręką Albertrandego: Nihil differt a litteris Martini IV ad Joannem Moscarem datis, imo Moscarem eundem esse puto qui Muscatus nomine hic designatur. Naruszewicz dodał: Grosz S. Piotra

Ibidem. Ejusdem ad eundem

Cum sicut accepimus nonnulli Episcopi et Archidiaconi sive alii Ecclesiarum pręlati de denario Beati Petri sive censu in Polonia et Pomerania Ecclesię Romanę debito magnam collegerint sive receperint pecunię quantitatem, nec de ipsa prout debuerint, camerę nostrę satisfacere procurarint, discretioni tuę presentium auctoritate committimus, et mandamus, quatenus inquisita super his diligentius veritate, eos quos tibi constiterit hujusmodi pecuniam recepisse, ad restitutionem ipsius pecunię faciendam tibi, nostro et prefatę Ecclesię nomine per te vel per alium, monitione pręmissa per censuram Ecclesiasticam appellatione remota compellas. Non obstante si aliquibus a Sede Apostolica est indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Sedis Apostolicę non facientes plenam et expressam de indulto hujusmodi mentionem. Volumus autem, ut frequenter rescribas nobis per tuas literas harum seriem continentes, quid et quantum et pro quanto tempore et a quibus per te vel alios inde duxeris colligendum. Datum ut supra

Ibidem pag: 324.

[Honorius IV.] Dilectis filiis Nobilibus viris Universis Ducibus per Poloniam et Pomeraniam constitutis.

Credimus quod geratis in votis, more devotissimorum filiorum, ut in his quę nobis et Ecclesię Romanę debentur, promptitudine animi et effectu operis exhibeatis vos favorabiles et attentos. Cum itaque Joanni Muscatę Archidiacono Lanciciensi in Ecclesia Gnesnensi, de cujus industria et discretione plene confidimus, denarium Beati Petri, census, aliaque

jura omnia apostolicae Sedi debita in partibus Poloniae et Pomeraniae commiserimus exigenda. Nobilitatem Vestram affectuosè requirimus, et rogamus, per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus eidem Archidiacono pro nostra et dictae Sedis reverentia promptum et efficacem super his impendatis favorem, cum ab eis fueritis exinde requisiti, ut eò utilius commissa sibi a nobis negotia exsequatur, quo circa illa manum vestri auxilii duxeritis efficacius apponendam, et nos vestrae diligentiae studium, quod in hac parte gratum quam plurimum habebimus et acceptum propter hoc commendare dignis in Domino laudibus et spiritualibus gratiarum actionibus prosequi meritò teneamur. Datum ut supra.

I te dwa ręką Albertrandego z kancelarii przepisane

Nos Felix Gylowsky advocatus hereditarius Opidj Croszyenko (1) vna cum quinque Juratis providis viris Scultetis Clemente Sculteto de Grynwald (2) Alberto de Thytmanowa (3) Sculteto Nicolao Sculteto de Sczawnyeza (4) Petro Oszog Sculteto de Inferiorj Schramovicze Stanislao Sculteto de Superiorj Schramovicze (5) Jn bannito Judicio tunctemporis residentibus Significamus tenore presencium vniuersis et singulis quibus expedit Quomodo constitutus personaliter providus Lucas Scultetus de Kloskovicze (6) obtulit et posuit priuilegij suj literas sanas non cassatas nec aliquo suspicionis vicio rasas rogauit nos vt sibi ex eodem priuilegio tenorem transsumptum transscribj faceremus Cuius quidem priuilegij sue scultecie sequitur in hunc modum Et est talis Jn nomine domini Amen Omnes gestus legittimi vt non a memoria presencium ob temporum processu labantur ymmo pocius memorie futurorum adducantur, Expedit vt scriptis et testibus provide roborentur Hinc est quod nos Soror Stronislawa Ordinis sancte Clare Cenobij Sandeczensis Abbatissa vna cum voluntate sororum predictj ordinis et tocius conventus eiusdem Cenobij vt ex siluarum fertilitate ad nostrum Monasterium pertinencium nobis et nostro Monasterio exstillant saltem alique vtilitates. contulimus et dedimus Hynchoni cognomine nigro filio Hynchonis eodem cognomine appellato, quandam partem silue in nostris predijs sitam super dunayecz vltra castrum nostrum Wronyn (7) a spelunca infra descendendo versus Riuulum Cchoryn (8) vulgariter nuncupatum ad sexaginta mansos franco-

nicos vt ibi locet villam Jure Magdburgensi et in ea sit scultetus ipse. suique suc-
cessores legittimum Jus sculteeie in perpetuum sorcientes Et vt facilius villicetur Jn-
colis qui ibj suum fiserint incolatum, sedecim annorum omnimodam et plenam
eis conferimus libertatem. ab omnibus seruicijs solucionibus et contribucionibus
ad nos spectantibus, eos esimentes. Addicientes omnibus. qui illuc declinauerint
ibidem qui suum fiserint incolatum a solucione Theolonej (tak) ad nos spectan-
tis omnino sint liberatj. Postquam vero anni libertatis fuerint euolutj. quilibet
colonus in festo Sanctj Martinj de singulis mansis fraicta (tak. nie franconica)
mensura dimensis Nostro Cenobio Octo scotos vsualis argentj singulis annis
pro censu soluere sit astrictus occasione qualibet semota De quo censu prefa-
tus Scultetus Hyncha et sui liberj sestam partem retinebunt nobis de eodem
censu quinque partibus presentatis. Preterea elapsis annis libertatis solucione
pretacta nostro Monasterio data Jnhabitatores ipsius hereditatis omnimoda
gaudebunt libertate Et ut Jus Magdburgense wlt Jpse Hyncha dictus niger sui-
que successores mediantibus suis Juratis omnes causas que in hac hereditate emer-
serint fine debito terminabunt De Judicijs iudicatis seu questibus Judiciorum pro
se parte tercia retenta nobis duas presentabit Malefactores vero quo graue Jus
tormentj eos plectj requirit eo graue plectentur vt beganyjcj et bartiej plectere
consueuerunt (tak). Magna autem Judicia que ter per circulum anni per pro-
vinciales Judices presiderj solent, nisi noster nunccius ibidem assideat solus
scultetus iudicare non presumat quorum primum est in die beate Agathe vir-
ginis secundum tercia die post diem sanctj Johannis baptiste Tercium in octa-

ua sancti Martini Nichilominus de eorum iudicatu Hynchoni nigro et suis posteris pars tercia debetur Et ut idem Hyncha niger per nos melius consuletur contulimus sibi liberaliter thabernam brascatorium Molendinum liberum cum quotquot rotis habere voluerit super littus dunayedz an vbi aptius in eadem hereditate poterit struet de loco ad locum inspiciendo. cum libera piscacione. hoc excepto quod piscatores nostri Lenobij primo cum omnibus instrumentis suis libere debeant piscarj nemine obstante videlicet sculteto et successoribus suis. De venacione vero quicquid captu vel venatu apprehenderit aut occiderit nobis coxam assignabit Apum eciam procreacionem liberam habeat potestatem et pascuis in silua longitudine et latitudine hereditatis memorate (tak) Concedimus insuper de gracia speciali clausuram super dunayedz a littore ad littus construendi. tali pacto. quod quicquid vtilitatis in captura piscium fuerit nobis dimidiam partem assignabit Super hec omnia contulimus sibj et suis posteris duos mansos liberos franconicos. plene ab omnibus seruicijs solucionibus et incommodis in perpetuum absolutos Ecclesie mansum Clerico aream. pro communi pabulo seu pascuis mansum. Si quis vero ipsum scultetum aut aliquem de familia sua cittare vellet. Coram Judice nostre curie per literas eiusdem Judicis sub suo sigillo eum euocabit. et ibj parens Jure theutunico respondebit Alias autem aut aliter cittatus nec parere nec respondere tenetur Et quia Sedecim annorum libertatis concesse iam tres anni sunt euolutj. residuis tredecim annis completis dictus scultetus Hyncha a quolibet colono quatuor annis censum recipiat pro laboribus

et expensis suis quas fecit in kmethonibus eandem villam locando annonas secures et alia juuamina impendendo et de ~~xx~~ eodem censu nobis quarta parte assignata et cum dicti quatuor anni elapsi fuerint extunc censum more solito recipiemus. eidem sculteto sesta parte de censu dicto retenta Deinde idem scultetus vna cum suis incolis bis in anno tenebitur nostro cenobio more aliarum villarum Jure Magdburgensi locatarum exenia presentare Deinde ~~eadem sulteciam~~ eandem sculteciam sepius dicto sculteto et eius posteris vtriusque sexus cum omnibus vtilitatibus donamus perpetuo possidendam vendendam donandam commutandam et ut libet alienandam pro se et suorum successorum beneplacito voluntatis, et dum hec omnia fiant de conventus nostri scitu et consensu Et ne in posterum hanc nostram donacionem ausu temerario tentet immutare friuolam mouens questionem (tak) presentes nostri conventus sigilli (tak) ac nostri officij decreuimus communiri Acta sunt hec publice Jn Antiqua Ciuitate Sandecz. Jn Curia sororum Anno domini M°CCC° XX° testibus hijs annotatis Comite Martino filio Wneslaj de Brzesna (9) Jsaac filio Abrahe de Podgrodzie (10) Vernero Ciue de Sandecz Noua Johanne ciue eiusdem ciuitatis dicto de Podlansz (tak) Johanne Zambach Seruino fabro ciuibus antique Ciuitatis Victore scriptore nostre Curie et alijs quam plurimis.

Na pargaminie po obu stronach karty pargaminowej napisane bez pieczęci i bez śladu aby kiedy była zawieszona. —

(1) Krościenko miasteczko. Wojew. Krak. pow: Czchowski parafia Krościenko (2) Grywałd tamże. parafia Krościenkowska. (3) Tylmanowa tamże. parafia Tylmanowa. (4) Szczawnica tamże. parafia Szczawnica. (5) ~~Sramowice~~ Sramowce wyższe i Niższe. tamże. parafia Sramowska. (6) Kluszkowce tamże. (7) może Poronin nie daleko Kościeliska (8) Czarny Dunajec? (9) Brzezna. powiat Sandecki parafia Podgrodzka. (10) Podgrodzie tamże.

In nomine domini amen. Quod magnifica principum decreuit auctoritas, non inmerito debet optinere Robur perpetue firmitatis. Hinc est quod nos Wladislaus dei gracia Rex polonie presencium per tenorem notificamus vniuersis tam presentibus quam futuris, Quod ad peticionem discreti viri domini Sbigney Cracouiensis nostri fidelis Cancellarij ob seruicia quoque petri filij quondam ewstachij de luchslauicz(1) eidem petro et per ipsum progenitoribus ipsius predictam hereditatem luchslauice cum eius filiolis ibidem dictis luchslav et bogussa filijs gneuomiri tam in Campis veteribus quam in siluis extirpandis uel locandis que ad eandem hereditatem dinoscuntur pertinere, damus et concedimus omnimodam potestatem de iure polonicali in ius Theutonicum quod maluerint transferri perpetue valiturum eximentes incolas eiusdem hereditatis, aiudicio (a iudicio) et iuridicione palatinorum Castellanorum Judicum et Subiudicum ac ipsorum officialium ita quod coram ipsis non debeant respondere, nisi coram sculthetis qui pro tempore fuerint quibus concedimus plenum posse kmetones ibidem in omnibus magnis causis et paruis iure Theutonico memorato iudicandi et penas recipiendi ut predictum Jus exigit et requirit, uel coram nobis dum per nostras litteras per officialem aportatas fuerint euocati et tunc non aliter quam Jure theutonico. dese (de se) querulantibus tenebuntur respondere,

si negligentes sculteti extiterint in iusticia reddenda de incolis suis querulanti. In cuius Rey Testimonium nostrum Sigillum duximus presentibus appendendum, Actum apud Cracouiam. Anno domini. M°.CCC°. vicesimo Nono. die beate Cecilie Presentibus hijs testibus. Comite Nauogio Cracouiense. Jacobo zarnouiense. Castellanis. Sandone Judice Sandomiriense. Andrea dapifero. Pribkone subiudice Cracouiensibus. et Sauissa Cesthkonis. Datum per manus predicti domini Sbigney nostri Cancellarij Cracouiensis.

Na pergaminie. U spodu na zielonym jedwabnym sznurku zawieszona mniejsza pieczęć z wosku wystawia niewyraźnie jednogłowego orła: napis wokoło zatarty.

(1.) Luchsławice albo Luthsławice będą zapewno dzisiejsze Lusławice, które są w Województwie Krakowskiem powiecie Lelowskim parafii Żórawskiej. Drugie Lusławice są w Województwie Krakowskiem powiecie Czchowskim parafii Zakliczyńskiej (w Galicyi). —

1. Julij 1348 66

In nomine domini Amen. Ea que Magnifica Regum Magestas facere decreuit maxime ad vtilitatem Regni sui debent esse firma et irretractabilia roburque perpetue firmitatis obtinere Proinde Nos Kazimirus dei gracia Rex polonie, notum facimus vniuersis, tam presentibus quam futuris hanc literam inspecturis, Quod cupientes vtilitates Regni nostri peramplius ampliari in locandis Ciuitatibus seu opidis, de siluis et Nemoribus, de quibus nobis penitus nulla vtilitas proueniebat, Discreto viro Hanconi de Sandecz damus Ciuitatem seu opidum, locandi et disponendi in fluuio Poprod(1) dicto et extā (exutraque?) parte ipsius fluuij in loco qui Piwnicznaziia (2) dicitur, cuius limites, erunt, incipiendo de Mlodow, de Glamboke (3), vsque in Nart (4) quotcunque mansos poterit mensurare, et villas alias locare infra limittes (tak) preditos que ville Ciuitati predicte, cum villa Lomnicza (5) quam eciam addicimus ad predictam Ciuitatem, in honoribus, contribucionibus seruicijs, Jure Theutonico, quod Maydburgense ~~dicitur~~ nuncupatur, quo Ciuitas noua Sandecz vtitur, omnimodam potestatem, scultetus tamen qui nunc est in Lomnicza, et sui posteri a sculteccia non debent amoueri. In qua Ciuitate seu opido damus predicto Hanconi et suis (6) successoribus aduocaciam perpetuo tenendam, habendam, possidendam, vendendam, donandam, commutandam, pro sua et suorum posterorum voluntate conuertendam. Cui aduocato et posteritati ipsius, perpetuo et Jure hereditario racione aduocacie, damus

duos mansos liberos, Molendina, quodcunque ~~(tak)~~ potest facere in fluuijs infra limittes. qui fluuij decurrunt, in Poprod, liberas Cameras pannorum, panum, sutorum, Macellas carnium, Balneum, institas (tak), piscinas quotcunque poterit facere tabernas, in villis quas locabit adiacentes dicte Ciuitati quas locabit infra limittes predictos, ita quod nullus ibi debeat locare tabernam uel tabernas, infra limittes, nisi aduocatus pro sua et posterorum vtilitate, (pts) preter predicta Ciuitate (tak) vnum mansum damus in dicta Ciuitate liberum pro Ecclesia, et ante omnia vnum mansum damus pro pellendo grege, quod scotnicza dicitur, liberum damus, licitum sit dicto aduocato et posteritati ipsius infra limittes predictos, piscari venari, Mellificia facere in arboribus qui in mansis ipsius stabunt, seu truncis. Item damus predicto aduocato et posteris ipsius perpetuo, tercium denarium, de Judicio in penis magnis uel paruis, duobus dumtaxat pro nobis reseruatis, sextum vero denarium de censu, preterea absoluimus et liberamus perpetuo, dictum aduocatum et successores ipsius, Ciues, ac kmethones villarum adiacencium dicte Ciuitati, ab omnibus Juribus Jurisdicionibus polonicalibus, et nostris Judicibus, ac potestatibus perpetuo, Castellanorum palatinorum, Judicum ministerialiumque ipsorum quorumcunque ita quod iam-dictus aduocatus et successoris (tak) ac Ciues dicte Ciuitatis, et kmethones villarum adiacencium ad eandem ad presenciam ipsorum citati pro causis magnis uel paruis minime respondere teneantur, nisi Ciues coram aduocato ipsorum et kmethones coram sculteto, aduocatus vero et sculteti villarum

adiacencium ad dictam Ciuitatem coram nobis dum tamen per nostram lite-
ram citabuntur Jure Theutonico supradicto de se querulantibus (tak, ze skróceniem)
respondebunt, et posteri ipsorum. In causis autem criminalibus et alijs quibus-
cunque, predicto aduocato et posteritati ipsius Judicandi, condempnandi, et
puniendi, iusta ipsum Jus Theutonicum et omni Jure ac libertate vti et
frui, a theloneis dandis, Ciuibus mercatoribus sepedicte Ciuitatis, quo Jure Ciui-
tas noua Sandecz vtitur, et libertatem habet, a theloneorum solucione da-
mus et tribuimus plenam facultatem, forum quocunque die eliget dictus
aduocatus in sepedicta Ciuitate, ~~et~~ in quo foro licitum sit cuilibet homini, res
suas vendere et emere pro suo posse, vt dicta Ciuitas, et ville adiacentes ei-
dem que locabuntur, eo cicius possit locari, omnibus et singulis Ciuibus et
Kmethonibus, a solucione census, et a seruicijs, a data presencium ad vigin-
ti annos continue computandos, damus et elargimur omnimodam liberta-
tem, Qua elapsa, Ciues et Kmethones iamdicti nobis et nostris posteris per-
petuo de quolibet manso pro censu, in festo beati Martini singulis annis
per octo scotos grossorum soluent et pro decima ~~m~~ cui debebitur per fertonem,
Ceterum ad tria Judicia magna que ter in anno fieri consueuerunt quolibet,
vnum aduocatus predicte Ciuitatis, qui pro tempore fuerit, et sculteti villarum
predictarum, et duo Ciues cum Kmethonibus nostro nuncio ad hoc misso
ministrabunt, uel pro quolibet prandio soluere per sex scotos sint astri-
cti, Hoc enim addicimus, quod aduocatus et succedanei ipsius, ac sculteti

ad expedicionem generalem pro posse ipsorum seruire tenebuntur racione quorum seruiciorum, aduocatus qui pro tempore fuerit sepenominate Ciuitatis de Molendinis et tabernis ipsius liberis, exaccionem seu contribucionem, Regalem, que imponetur pro se recipere debet. In cuius rei testimonium nostrum Sigillum duximus presentibus appendendum. Actum Cracouie in octaua ~~beati~~ beati Johannis Baptiste Anno domini M°CCC°XL° octauo. Presentibus hijs testibus Sbigneo Cancellario aule nostre Hermanno procuratore generali, Vilczcone Castellano Sandomiriensi, Floriano Cancellario Lanciciensi petro dicto Neorza Voyski (7) Cracouiensi, et Viczga herede de Thagoborza. et alijs multis. Data per manus domini Sbignei Cancellarij nostri iamdicti.

Na pergaminie. ślad Majestatycznej na krzyż zawieszonej pieczęci - sznurek również odjęty. -

(1) Poprod dziś Poprad rzeka wypływająca z Węgier wpadająca do Dunajca w okolicach Nowego Sącza. -

(2) Piwniczna Szyja zapewno. na karcie miasteczko Piwniczna województwo Krakowskie powiat Sandecki. Łojko mylnie położył Czchowski

(3) Młodow wieś niedaleko Piwnicznej - Głębokiej nie znalazłem

(4) Nart nieznalazłem. (5) Łomnica wieś niedaleko Piwnicznej

(6) Suis dwa razy napisano, raz podkropkowano - (7) patrz tenże sam w 1. tomie Dyplomów karta 206.

15. Februar. 1367 68

Jn nomine dominj Amen. Nos Kazimirus dei gracia Rex polonie ac terrarum Cracouie Sandomirie Syradie Lancicie Cuyauie pomoranie Russieque dominus et heres Notum facimus tam presentibus quam futuris quibus expedit vniuersis Quod vtilitatibus Regni nostri de quibus nobis hactenus vlla vtilitas proueniebat intendentes, Exnunc prouido viro Stanislao villam de nouo inter fluuios Mrowa Et Czarna (1) iure thewtonico Sredensi locandi triginta Mansos continentem, plenam et omnimodam concedimus facultatem Racione vero locacionis supradicte ville eodem nomine Mrowa nuncupande. eundem Stanislaum et eius veros ac legittimos posteros verum Scoltetum facimus cum effectu. Redditus infrascriptos sibi et eius Scolteeie assignantes. videlicet Mansum liberum Tabernam liberam Molendinum liberum cum piscina. sextum denarium de censu tercium de qualibet re iudicata que omnia libere et pacifice et sui Sucessores cum potestate vendendi donandi conmutandi ac pro ipsorum voluntate omnimoda conuertendi iure hereditario possidebunt. preterea pro Ecclesia ibidem fundanda et Rectore ipsius. qui pro tempore fuerit vnum Mansum et ~~alium~~ alium pro pellendo grege volumus pertinere Jnsuper eidem Stanislao Mellificia que in Wlgari Otoka nuncupantur ad eandem Scolteciam perpetue deputamus. Remouentes inibi omnia iura polonicalia modos et consuetudines vniuersas. Eximimus insuper et liberamus perpetuo eundem Stanislaum et eius posterita-

tem ac omnes et singulos Jncolas eiusdem ville Mrowa ab omnibus Juribus
iudicijs omnium palatinorum Castellanorum Judicum Subiudicum regni
nostri Et Ministerialium ipsorum ita quod coram ipsis uel eorum alte-
ro pro causis tam magnis quam paruis minime respondebunt nisi ~~dum~~
duntaxat Kmethones coram suo Scolteto. Scoltetus vero coram nobis
aut nostro Procuratore qui pro tempore fuerit respondebunt Jn causis
autem criminalibus Scolteto memorato iudicandi sentenciandi con-
dempnandi et condempnandi (tak dwa razy) plenam et omnimodam
elargimur facultatem. Ceterum vt eadem villa Mrowa eo cicius valeat
collocari Exnunc omnibus Jncolis in eadem villa duntaxat locandis,
ab omnibus nostris solucionibus exaccionibus angarijs et perangarijs vniuersis
quibuscumque nominibus censeantur infra viginti annos datam presencium
continue sequtoros (tak) plenam tribuimus libertatem. Qua elapsa Jncole
supradicte hereditatis pro Censu nobis et nostris Successoribus pro decima
vero cui debebitur quatuor scotos et nostre octo scotos magestati grossorum
pragensium in festo beati Martini confessoris singulis annis perpetue
soluere tenebuntur. Demum idem Stanislaus Scoltetus vna cum suis Jnco-
lis tria prandia que ter in anno fieri consueuerunt videlicet Scoltetus
vnum et Kmethones duo, aut pro quolibet prandio vnum fertonem grosso-

rum nobis et nostris Succesoribus singulis annis inpendere sint astricti. Insuper prelibatus Stanislaus Scoltetus et sui posteri ad quamlibet Expedicionem in Pancerio in Equo quatuor marcarum valente nobis et nostris Succesoribus perpetuis temporibus servire sint astricti. Harum quibus Sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Actum et datum in Beyecz in crastino sancti Valenti Anno domini Millesimo Trecentesimo Sesagesimo (2) Septimo Presentibus Predborio Subdapifero Cracouiensi Sandone de Welglow Passcone de Brzana Swansscone de Dambicza Prandotha de Micolayewicz. Pelka Marssalkone Curie nostre regalis et alijs multis fidedignis. Scriptum autem per Jacobum Notarium nostre regie magestatis.

Na pergaminie. U spodu przyczepiony sznurek z zielonego jedwabiu; pieczęć odjęta.–

---

(1) wieś Mrowa dziś Mrowla Województwo Sandomirskie powiat Pilznienski parafia Mrowla (koło Rzeszowa w Galicyi) i wieś Czarna ~~tamże~~ nie opodal jedna od drugiej, Województwo ~~Krako pow.~~ Sandomirskie powiat Pilznienski, parafia Czarna (koło Rzeszowa w Galicyi) leżą nie opodal siebie nad rzeczułkami które zapewno też noszą nazwisko. (2) Porównaj dokument z

z 1352. roku w którym jest wzmianka o nadaniu względem
tejże wsi jak są wyrażono: „quorum quinque anni sunt elapsi"
coby podałoby datę tego dokumentu na rok 1347. wyraz: *sexa-
gesimo* ledwo daje się wyczytać, na wpół jest zatarty, może też że czy-
tać trzeba: *quadragesimo*, wtenczas byłaby zupełna zgoda
co do daty.—

In cristi nomine Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Elizabeth dei gracia Regina Senior Vngarie et polonie Notum facimus tam presentibus quam futuris quibus expedit vniuersis. Quod Nobilis. ac generose domine Vneslawe Relicte Jacobi Judicis Sandomiriensis heredis de Rusoza (1) peticionibus quibus nostre celsitudini humiliter supplicauit, fauorosius inclinati Volentes sibi de solita nostre celsitudinis clemencia, graciam facere specialem, villas ac hereditates ipsius infrascriptas, videlicet Rusoza Cantorowicze (2) et Miclussowicze (3) situatas in Terra Cracouiensi prout in suis limitibus et terminis antiquitus circumferencialiter sunt distincte, de Jure Polonico in Jus Theutunicum, quod Stredense (tak) dicitur, transferimus perpetuo duraturum Remouentes in eisdem omnia Jura polonicalia modos et consuetudines vniuersas que ipsum Jus theutunicum Stredense plerumque perturbare consueuerunt Eximimus autem absoluimus et perpetuo liberamus.. Scultetos.. Thabernatores.. Molendinatores.. Kmethones et.. Incolas predictarum villarum a. Juribus Jurisdiccionibus, ac potestatibus, omnium Regni nostri.. Palatinorum Castellanorum.. Judicum.. Subiudicum ac.. Officialium et Ministerialium eorundem, Sic quod coram ipsis, aut eorum aliquo citati pro quibuscunque causis tam paruis quam magnis utputa furti Sanguinis homicidij incendij membrorum mutilacionibus ac quibusuis alijs minime respondebunt, Sed tantum..

Kmethones et Incole predictarum villarum coram suis Sculteti. Sculteti vero coram ipsorum domino uel dominis, qui pro tempore fuerit, seu fuerint, aut coram nobis, seu Judicio nostro generali, dumtamen per literam nostram, sigillo nostro sigillatam, citati fuerint uel euocati, tunc cuilibet de ipsis querulanti non aliter, quam Jure ipsorum theutunico supradicto, respondere sint astricti Jn causis autem criminalibus et capitalibus superius expressatis. Scultetis memoratarum villarum Judicandi Sentenciandi, puniendi, et condempnandi, damus et concedimus plenam facultatem, prout hoc sepedictum Jus theutunicum Stredense in omnibus suis punctis clausulis, et articulis, postulat, et requirit Jn quorum omnium testimonium atque robur Sigillum nostrum presentibus est appensum, Actum Cracouie in vigilia Beate Margarethe Virginis gloriose, Anno domini Millesimo Trecentesimo Septuagesimo tercio, Datum per manus Janussij doctoris decretorum, decani et Cancellarij Cracouiensis, nec (tak) honorabilis Zauissze Archidiaconi Cracouiensis et Vicecancellarij Regni polonie, nostrorum, Presentibus hijs dominis Johanne Cracouiensi, Andrea Zarnouiensi Castellanis, Johanne Marszalco Regni polonie, Andrea Subiudice, Sbiscone Venatore Cracouiensibus, necnon Bodzantha procuratore generali, ac alijs multis nostris fidelibus fidedignis.

Na pargaminie. U spodu tylko sznurek z zielonego i różowego jedwabiu

---

(1). Rusiecz. Województwo Krakowskie, powiat Kraków. paraf. Rusiecz
(2). Kantorowice. Wojew. Krak. pow. Krak. parafia Raciborowice
(3) Miklusowice. Woj. Krak. powiat Czchowski parafia Miklusowice (w Galicyi nad rz. Raba)

27. 9bris 1382. 71

In nomine domini amen. Consonum racioni et Sacris Canonibus esse dinoscitur ut ea que pro comuni (tak) bono Regni dictantur Testimonio literarum approbentur. proinde nos Vincencius poznaniensis Sandziuogius Kalissiensis palatini Johannes Kalissiensis Sandziuogius Nakelensis Andreas Srzemensis Mogek Bechowiensis Cristinus Sbanszinensis Castellani Swantoslaus poznaniensis Nicolaus Kalissiensis SubCamerarij Ubislaus pincerna Kalissiensis Lasotha Dapifer Jozeph de Grodzisoze Wisotha de Curnik Cunath Subiudex Kalissiensis petrko Dambiczki Thomislaus de Wiscothi Dobrogostius Radomiczki Dobrogostius Wloszczegowski Sczedrik Dupenski petrko Sosniczki Nicolaus petrski Vlodzimir Borzugowski Jasek Veleweski Symon Grunowski potrek Szanatski Miczko czetcowski Niczko caczcowski Jan popeczicz Thomislaus Wascowski Msczignew pantcowski Janusius Jarognewski Albertus de Górai Ceterique Nobiles Milites totaque Comunitas Maioris polonie Reuerendo in Xpo (christo) patri ac domino domino Johanni diuina prouidencia et Apostolice Sedis Episcopo Cracouiensi Necnon Strennuis ac Nobilibus viris et dominis Dobeslao Castellano Spitkoni de Melstin palatino Cracouiensibus Johanni pallatino Johanni Castellano Sandomiriensibus Johanni Castellano Woynicìensi Ceterisque omnibus et singulis Strennuis et Nobilibus ac toti Comunitati Terre Cracouie Sandomirie Syradie Lancicie Sub sacramento nostre fidei promittimus pure et sincere omnem fidelitatem et obedienciam filie Serenissimi principis ac domini domini Lodwici Sancte memorie olim Regis polonie et Hungarie que nobis pro herede

legitimo in Regnum polonie ad manendum (moze byc: mariendum) dabitur
secundum Tenores prout ~~articulatum~~ articulatim in literis sunt descripti per
eundem dominum Regem et suos predecessores nobis et nostris successoribus datis
et concessis inviolabiliter tenere A quibus quidem Juribus prout in omnibus su-
is clausulis punctis et articulis continentur sub premissa nostra Jurata fi-
de nunquam desistere volumus sed circa eadem totaliter volumus rema-
nere promittentes pro successoribus nostris quod sub fide et honore et sub
Sacramento Juramenti a premissis Juribus non recedant sed ipsa iugiter
cum prefatis dominis et successoribus eorum defensabunt et tuebuntur Cete-
rum quod absit si quis aut qui contra aliquid premissorum ex nostris aut
quispiam alter presumpserit ~~inser~~ insurgendo attemptare omnes vna-
nimiter et concorditer contra ipsum uel ipsos promittimus insurgere et
tamquam contra fidefragos et Jurium nostrorum destructores totis viri-
bus nostris anhelare Et si aliquis ex Baronibus Terrigenis et Nobilibus se-
pediti Regni nostri circa Jura et priuilegia nostra iamdicta ipsorum i-
mitator fise et studiose persistens Alterius cuiuscunque veluti destructo-
ris prophanatoris et violatoris nostrorum Jurium premissorum gwerras
aut inimicicias quomodolibet contraxerit eidem fauore consilio et auxilio
plene sub Jurata nostra fide asistentes ab ~~ipsius~~ ipsius uel ipsorum

inimiciciarum aduersitatibus eum volumus et sincere promittimus in omnibus cum nostris posteris defendere et tueri Insuper si qui extra Granicies positi Ecclesias seu bona Ecclesie aut Confinia Regni nostri Rege nondum Coronato molestare presumpserint volumus promittentes sine dolo et fraude cum ad hec specialiter requisiti fuerimus iuxta posse facultatis nostre vnanimiter defensare In quorum rei Testimonium Sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et Actum feria quinta post festum Sancte Katherine In Radomsko Sub Anno Incarnacionis domini Millesimo Trecentesimo Octuagesimo Secundo.

Z oryginału pargaminowego. U spodu na rzemykach pargaminowych wisi 27. pieczęci małych – trzech zaś braknie. — Tenże sam akt znajduje się w <u>Voluminach legum</u> w tymże tomie z niektóremi odmianami. —

19 Martii 1389 73

Nouerint uniuersi, tenorem presencium inspecturi, Quod de anno domini Millesimo Trecentesimo Octuagesimo nono, die decima nona Mensis Marcij, Assumpto placiti termino inter Serenissimum principem Dominum Wladislaum Regem Polonie etc. parte ex una, et Venerabilem ac Religiosum Dominum Conradum Czolner de Rotinsteyn Ordinis beate Marie theutonicorum Jerosolimitani Magistrum generalem, parte ex altera, super litibus controuersijs et discordijs motis et exortis, et pro eisdem sedandis et decidendis, pro parte Magistri generalis antedicti cum pleno mandato missi fuerunt et deputati honorabiles et Religiosi viri fratres Conradus de Walrode Magnus commendator, Siffridus Walpod. de Bassinhem, Summus Hospitalarius et in Elbingo, Lodowicus Waflar in Thoron, Baldwinus de Frankenhouen in Engesbarg, Commendatores, pro parte vero Serenissimi principis Domini Wladislai Regis Polonie etc memorati, Nos Semouithus dei gracia Dux Mazouie etc Dobrogosthius Episcopus poznaniensis, Sandziuogius palatinus Kalisiensis et Capitaneus Cracouiensis Johannes de Tanczin. Castellanus Woynicensis. et Capitaneus Syradiensis. cum pleno mandato fueramus dati et delegati, nobisque conuenientibus cum suprascriptis dominis et fratribus, a dicto domino.. Magistro deputatis, in Insula in medio Wysle inter Opidum Solecz. et villam Czarnow, situata, et diuersis tractatibus, mutuo hincinde inter nos habitis, tandem ipsis et nobis placuit alium terminum de et super controuersijs litibus et discordijs, videlicet diem festi Penthecostis proxime affuturum, in Zlotoriam uel in Ripin prefigi et assignari, Ad quem quidem terminum pro parte predicti.. Magistri generalis.: Religio-

si et honorabiles viri fratres.. Conradus de Walrode Magnus commendator. Siffridus Walpod Summus Hospitalarius et in Elbingo, Lodouicus Waflar in Thoron Baldeuinus de Frankenhouen in Engilsberg Commendatores, coassumptis eis Reuerendo in xpo (christo) patre Domino Johanne ꝑ Episcopo pomiezaniensi. honorabili et Religioso viro, fratre Johanne ~~Marschak~~ Marschalk. de Vroburg Summo Trappiario, et in Crisburg Commendatore, venire et comparere se obligando promiserunt, pro parte vero Serenissimi principis Domini Wladislai Regis polonie etc prediti, nos Semouithus Dux Mazouie, Dobrogosthius Episcopus poznaniensis Sandziuogius palatinus Kalisiensis coassumptis nobis Illustribus principibus Dominis Skirgalone et Allexandro, Ducibus Lithuanie etc et Strennuo viro Domino Johanne Palatino Sandomiriensi. et Capitaneo Russie, omni. ficcione postposita ad eundem terminum in loca suprascripta venire obligamur, hoc tamen adiecto, quod si aliquem ex nobis sex infirmari mori seu aliter. quod absit. legitime contingeret impediri, quod alius eque bonus in locum absentis, dolo et fraude semotis cum alijs ad conueniendum in termino predicto debeat subrogari, qui terminus, si negocia in eodem tractanda, cicius expediri non poterint, ad octo dies continuos debet perdurare, Volumus insuper. quod omnes venientes cum dominis prenarratis ad terminum prenarratum, quatuordecim diebus ante terminum et totidem

post terminum, saluum et securum debeat habere conductum, nec per aliquem, qui amore nostri aliquid facere voluerit, molestari, promittentes bona fide et honore, quod ad negocia in termino suprascripto expedienda, omnimodam volumus operam dare, nostrum iusta posse, omnibus dolo et fraude proculmotis. In euidens testimonium premissorum, nos Semouithus. Dux Mazowie et Dobrogosthius Episcopus Poznaniensis. Sandzinogius Palatinus Kalisiensis. et Johannes de Tanczin Capitaneus. Syradiensis. sigilla nostra presentibus de certa nostra sciencia duximus appendenda, Scriptum et Actum in Solecz anno et die quibus supra.

Z oryginału pargaminowego. U spodu na rzemykach pargaminowych wisi cztery pieczęci małych: pierwsza na massie czerwonej w wosku wystawia tarczę sześciorożną, której po trzy rogi naprzemian mniejsze, na niej orzeł jednogłowy, napis wokoło: s semoviti + ducis + plocensis. Druga również na czerwonej massie wystawia obraz w gotyckich ramach z wizerunkiem dwu osob pod obrazem herbowa mała tarcza na niej herb: nałęcz. — wokoło napis: s. Dobrogostii Epi posnanien. Trzecia pieczęć na massie zielonej wyraża herb Topor wokoło napis: sandziwog... palatini Kalisie; czwarta również na massie zielonej wystawia także herb topor napis wokoło s. iohanis de tanczin reszta niewyraźna. —

In nomine domini Amen. Ad perpetuam Rei Memoriam. Sator rerum omnium cuius oculus penetrat vniuersa et sciencia nunquam extinguitur in rebus humanis quas obliuionis caducis momentis constat subiacere. ut memoria earum remaneat apices literarum alti Consilij prouidencia ordinauit. quarum presidio Rerum ordinaciones pacta et tractatus conseruantur. Proinde Nos. Moniuidus palatinus Vilnensis Jawnus palatinus Trocensis. Mingal Vilnensis Sunigal Trocensis Castellani. Nemir. Ostyk. Butrim. Goligunt. Nicolaus Bylunyn (albo Bylimyn). Corewa Wissegerd. Petrus Mondiger. Nicolaus Tawtigerd. Johannes gastoldi. Wolczco Culwa. Butowdus Jadath Ralo. Johannes Rimouidowicz. Gyneth Konczewicz. Dawxscha. Nicolaus Beynar. Wolczco Rokutowicz Getowd. Dawgen. Jacobus Mingel ~~Voyssnar~~ Voyssnar Vircolewicz. Georgius Sangaw. Saka Naczko Twiributh Monstwid. Stanislaus Wissigin. Woyschin Daneycowicz Monstowd. Andreas Dewknetowicz Minimund Sessnikowicz Rodwil Koczanus Micuss Gerdud Czupa Woydilo Kussolowicz. Konczanus Sukowicz Johannes Ewild Butowtowicz Surguttes de Roszkini etc. Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis presentibus et futuris presencium noticiam habituris Quod quia Serenissimorum principum Dominorum Wladislai Regis polonie etc. et Allexandri alias Vitowd magni Ducis Littwanie dominorum nostrorum graciosissimorum concessione et indulto Arma quibus vti insolitum fuit nobis contraria consuetudine obsistente ad insigniendum nominis nobilitatis nostre Tytulum a Baronibus Nobili-

bus et proceribus Regni polonie que Jpsi a parentibus et predecessoribus suis ordine geniture contraxerunt recepimus. et ad gracias libertates Jmmunitates priuilegia Exempciones et multa alia Beneficia et prerogatiuas que nobis per dictos dominos nostros graciosos Wladislaum Regem polonie et Allexandrum Ducem magnum Littwanie predictos. munificia sunt concessa largicione et literarum patrocinio munita Jnteruentu ipsorum et studio promoti extitimus et prouecti promiseruntque suis patentibus literis adhuc qua potuerint diligencia bonum comodum et profectum status nostri et honoris ubilibet promouere et nunquam in nostris aduersitatibus et necessitatibus Nos deserere sed semper contra omnium Jnimicorum nostrorum insidias et insultus auxilijs consilijs et fauoribus suis prosequi et iuuare. Horum intuitu volentes tot beneficiorum merita compensare et Jpsis dignas vices pro eis impendere ne disparitatis in nobis aut ingratitudinis contagia et inequalitas locum cernerentur vendicare sed ut semper vnanimis ydemptitas inter nos remaneat et voluntas animorum sicut idem cultus et fidei religio obseruatur. Vniuersaliter vniuersi et singulariter singuli nostris nominibus ac vice omnium Nobilium Boyarorum procerum et Jncolarum Terrarum Littwanie bona fide in verbo nostro constanti et fideli omni dolo et fraude et colore amputatis et remotis promittimus pollicemur vouimus spondemus et iuramenti nostri misterio

stricius nos obligamus. nunquam prefatos Barones nobiles et proceres Regni et ipsum Regnum polonie predictum in omnibus ipsorum necessitatibus et aduersitatibus deserere sed semper ipsis contra omnium Inimicorum eorum insidias et insultus consilia auxilia et fauores fideliter ministrare, et ~~[illegible]~~ nulli lites (tak) bella aut gwerras preter scitum et voluntatem ac consensum Consilium et requisicionem ipsorum et eorum successorum indicere facere uel mouere prefatosque dominos Wladislaum Regem polonie et Allexandrum alias Witowdum magnum Ducem Littwanie et eorum successores Reges polonie et Duces magnos Littwanie nullis temporibus deserere quoquomodo (tak) sed semper ipsis sine dolo et fraude fideliter adherere omni consilio auxilio et fauore. preterea promittimus prout supra. quod defuncto prefato domino Witowdo magno duce Littwanie nullum eligemus assumemus et recipiemus in magnum Ducem Littwanie uel dominum. Nisi quem prefatus dominus Wladislaus Rex si uita potietur longiori uel eius successores et prelati Barones Nobiles et proceres Regni polonie duxerint eligendum statuendum et locandum et viceuersa prelati Barones et Nobiles Regni polonie Rege prefato quod absit sine liberis et successoribus legittimis decedente. sine scitu et consilio Illustris Domini Allexandri alias Witowdi magni ducis Littwanie Superstes remanserit (tak). et nostro

eligere non debebunt. Ut autem corroborationis et cautele uberioris omnia premissa ~~accipiant~~ accipiant firmitatem presentes fecimus sigillorum nostrorum munimine roborari Actum in Opido Horodlo circa flumen Bug in parlamento seu congregatione generali die Secunda Mensis Octobris Sub Anno domini Millesimo Quadringentesimo Tredecimo.

Z orygginału pargaminowego. U spodu 22. rzemyków pargaminowych na których zawieszono 36. pieczęci małych z herbami, niektóre z nich puste - reszta pourywana - — Tenże dokument znajduje się w Konarskim w transumpcie z 1499. roku z niektóremi odmianami, gdzie nadewszystko Imiona własne Litwinów mocno są pokaleczone. -

In nomine domini amen Ad perpetuam Rei memoriam. Conuenit actus Hominum qui vetustate cadunt et successu temporum. in obliuionem vertuntur, Solidis scripturarum et testium fundamentis. commendare. In quorum custodia nullis marcescunt temporibus. Sed semper iugis perhennacione memorie incommutabiles seruantur. Proinde Nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie Necnon Terrarum Cracouie Sandomirie Syradie Lancicie Cuyauie Lythwanieque Princeps Suppremus Pomeranie Russyeque Dominus et Heres etc. Ac Allesander alias Wytawdus eadem gracia Magnus Dux Lythwanie. Terrarumque Russie etc. Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, Quomodo agendorum nostrorum. que operam pacis diriguntur. caritatem nutriunt. animos placida ydemptitate componunt et mundo succurrunt in maligno posito et cadenti. perpetuare cupientes acciones. Sicque nostro et Regni nostri. ac nostrorum statui. prouidere. vt in pacis dulcedine quiescentes votiuis semper successibus prosperemur. Ad fidem constanciam. et integritatem perseuerancie Serenissimi principis Domini Erici deigracia Dacie Swecie Norwegie Gottorum Slaworum Regis et Ducis Pomeranie etc. fratris nostri carissimi, aciem mentis nostre conuertentes, cum Ipso et ipsius Regnis Dacie. Swecie. Norwegie. Slaworum. Gottorum et Ducatu Pomeranie, ceterisque ipsius Terris. Castris. Ciuitatibus. Communitabus. Opidis et Villis. Necnon prelatis. Baronibus. proceribus. Consiliarijs. Militibus. Militaribus. Nobilibus Vasallis Omagialibus et Subditis tam Ecclesiasticis quam Secularibus. vota et desideria ipsius Nobis ex parte sua solempnium Nunciorum et

Consiliariorum suorum videlicet Maczke de Borken Gerardi de Woncz et Swancz de Dessnicz
esposita oraculis fraterne suscipientes et per Strennuos ac validos Jaroslaum
de Jwno, Vesilliferum Calissiensem. et Sbigneum de Altomonte Castellanum
Roszpergensem Nuncios nostros fideles dilectos eisdem espresse annuentes.
ad laudem et honorem omnipotentis dei et Beate Marie virginis gloriose,
Tociusque celestis Jerarchie. propagacionem fidei. cultum iusticie et Religionis
xpiane (christiane), salutiferum incrementum. Ex certa nostra sciencia. et o-
mnium nostrorum Principum prelatorum Baronum procerum Nobilium Mili-
tum. Militarium. Vasallorum. Omagialium. Subditorum Terrarum. Castrorum
Ciuitatum. Opidorum Villarum et eorum Jncolarum. voluntate et consensu
speciali. Fedus vere sincere et pure amicicie ac unionis perpetue. elegimus.
assumpsimus. (tak) (suscepimus et inimus eligimusque suscipimus assummimus (tak))
et Jnimus. tenore presencium mediante. omni tempore et perpetue duratu-
rum. Vt tam Nos predicto domino Erico Regi etc. heredes et Successores nostri.
quam Regnum Regnis et Corone Regni Polonie. ac Ducatus Terre. dominia. Com-
munitates. Castra. Ciuitates. Opida et Ville. gensque genti et populus populo. alter-
utrim in fedus perpetue vnionis. Ac amicicie mutuam vicissitudinis carita-
tem indissolubiliter coniungamur. Vt sub ipsorum fideli obseruancia. et con-
stanti, ab Jnsidijs Hostium. et emulorum nostrorum communium Regna no-
bis subdita et nostris dicionibus penitus subiecta. hincinde preseruentur. Vige-
atque iusticia et in vnitate potenciarum nostrarum virtute altissimi pagano-
rum et Jnfidelium, crucis xpi (christi) Jnimicorum. pompa strepitus. et pertina-
cia conculcentur. Promittentes pro nobis. Successoribus et heredibus nostris. ac

omnibus prelatis principibus proceribus Nobilibus Baronibus Vasallis Omagialibus Terrigenis Militibus Militaribus Subditis nostris et Regni ac Terrarum nostrarum predictarum. Necnon Ciuitatibus Communitatibus Castris Opidis Villis. et Incolis eorum Inhabitatoribus. tam Ecclesiasticis quam Secularibus. presentibus et futuris. et eorum quolibet et quibuslibet fide bona. ac sine dolo et fraude verbo nostro Regio. et fideli huiusmodi fedus amicicie. vnionis obligacionis et colligacionis. cum omnibus et singulis Articulis. Clausulis. Condicionibus. sentencijs et capitulis infrascriptis. et quolibet eorum fideliter. et vinculo indissolubili obseruare. Nec Ipsis aut ipsorum alicui verbo facto opere per se vel alium seu alios publice uel occulte quomodolibet contraire. In primis autem pollicemur. promittimus et spondemus. obligacionibus quibus supra prefato domino Erico Regi etc. et ipsius Regnis prelatis Baronibus (Proceribus) Consiliarijs Vasallis Subditis Omagialibus. Terris Dominijs Ciuitatibus Communitatibus Castris Opidis villis ac eorum Inhabitatoribus et Incolis Ecclesiasticis et Secularibus, cum omni potentatu et potencia nostris. et Regni nostri Terrarumque nostrarum. contra Magistros et ordinem. Cruciferorum. de prussia et lywonia. qui Bona Terras et Dominia nostra per impressionem occupare vsurpare et alijs nos Iniurijs afficere non verentur, Ac paganos Scismaticos et Infideles. fideliter. constanterque adherere. et subsidia ministrare. tociens quociens opus fuerit. et dum fuerimus ad ea per ipsos. vel eorum Nuncios. aut Ambasiatores requisiti. Item nulla parcium Cruciferis hostibus nostris predictis et alijs duntaxat xpianis (christianis) Gwerras aut Bella moueat uel indicat. nisi partis alterius consensum requirat. et tunc per Ambasiatores et Nuncios parcium. de modis et vijs aptis gwerras et Bella contra eos

exercendi. provideri debet et partibus nunciari. ad quod tunc partes sine difficultate
aliqua debent consentire. Item quocienscumque aliqua pars Bellis depositis. cum
Adversarijs et Inimicis nostris predictis ad pacis et concordie revertitur unionem,
aliam partem in huiusmodi concordiam includere non obmittat, Sed nec illam
concordiam absque scitu partis alterius prosequatur. Item si unus Rex alium
requirat pro subsubsidijs (tak) contra hostes predictos sibi ministrandis. ad huiusmo-
di subsidia Rex requisitus et vocatus in proprijs dampnis sumptibus et expensis.
parti succurrere teneatur requirenti. cum omni potentatu et potencia quibus
supra. Item ambe partes in Captivis predis spolijs. et alijs huiusmodi Rebus
per Bella et in Gwerris acquisitis equaliter participabunt. et ea inter se equa-
lante parciantur. quod si partes ambe. cum potencijs et Exercitibus suis ad
aliqua alia loca Terras et Dominia Inimicorum nostrorum predictorum in-
travuerint. ubi et in quibus utraque pars optinet Jus vel habere se pretendit.
pretextu Regnorum Terrarum vel Dominiorum suorum. aut alterius suc-
cessionis cuiuscumque et quelibet x earum, Ibi aliquid vi aut potencia. seu
alia quacumque arte aut cautela acquiret. Illa omnia taliter acquisita sor-
ti illius applicentur. ad cuius Regnum Terras aut Dominium. Baronum et
Consiliariorum & utriusque partis ad hoc hincinde deputandorum. si dubium
aut aliqua difficultas succreverit. Judicio censebuntur pertinere. Si vero ali-
qua alia que ad Regnum et dominia nostra et Coronam Regni nostri Polonie
necnon Ducatum Lithwanie nunquam spectaverunt. in Terris et Dominijs
Inimicorum potencijs Parcium tractatibus aut alijs quibuscumque modis et co-
loribus. qualitercumque lucrarentur. in equalem et communem parcium sortem
cedant. Item promittimus prout supra. unacum prelatis Principibus Baronibus
proceribus Vasallis Omagialibus et nostris Subditis. Necnon Civitatibus Commu-

nitatibus Castris Opidis Villis nostris et eorum Indigenis Inhabitatoribus et Incolis. Statum honorem commodum et profectum predicti domini Erici Regis etc. et ipsius Regnorum Ducatus et dominiorum ac prelatorum Baronum Consiliariorum et Subditorum. vbilibet et semper iuxta omnem possibilitatem nostram. et vires nostras promouere. et contraria ac aduersa ipsorum ammouere. Item volumus et presentis priuilegij patrocinio roboramus decernimus et firmamus. quod si ex nunc et inantea perpetuis temporibus duraturis aliquis nostrum vel nostrorum Successorum et Heredum, huic federi et premissis omnibus. vel eorum alicui quocumque ~~modo~~ swasu suggestione aut motu simul vel successiue niteretur derogare Nichilominus Regna Terre. dominia prelati principes proceres Barones vasalli Omagiales. Subditi Spirituales Ecclesiastici et Seculares. Necnon Ciuitates Communitates Castra Opida et Ville cum eorum Inhabitatoribus et Incolis nostris et Incliti fratris nostri carissimi Domini Allexandri alias Witawdi Magni Ducis Litthwanie etc. predictique Domini Erici Regis etc. ~~et ipsius Regnorum Ducatus et dominiorum ac prelatorum Baronum~~ subiecta dicionibus. federa vnionis et colligacionis nostre presentis et omnia premissa ac quodlibet eorum sub fide et honore tenere, et seruare inviolabiliter. vicissitudine reciproca perpetue tenebuntur. Item contractibus Inscripcionibus. quibus se Serenissimis dominis fratribus nostris carissimis Sigismundo Romanorum Regi semper Augusto. et Hungarie Dalmacie Croacie etc. Regi. et Wenceslao Bohemie Regi etc. constrinximus et obligauimus. nolumus in aliquo derogari. nec per ea huius nostre obligacionis et colligacionis stipulacionem ledere mouere vel mutari. Vt autem huius nostre confederacionis obligacionis. omniumque et singulorum premissorum promissio Stipulacio et obligacio in omnibus suis punctis condicionibus articulis clausulis sentencijs et capitulis suprascriptis. robur obtineant

perpetue firmitatis. presentes literas nostras Sigillis Maiestatis nostre et nostrorum principum prelatorum Baronum procerum Consiliariorum Militum Militarium de ipsorum voluntate et consensu speciali et expresso fecimus communiri. Et Nos principes prelati Barones Consiliarij Nobiles Milites et Militares infrascripti videlicet Janussius et Semowitus seniores Duces Mazowie. ac Nicolaus Gneznensis Johannes Leopoliensis Archiepiscopi. Albertus Cracouiensis Regni polonie Cancellarius, Andreas poznaniensis, Johannes Cuyauiensis, Jacobus plocensis, petrus Wylnensis, Mathias Medynicensis, Johannes Chelmensis. Gregorius Wladimiriensis, Michael Kyouiensis. et Sbigneus Camenicensis, Episcopi Ecclesiarum. Necnon Cristinus de Ostrow. Castellanus Johannes de Tharnow. palatinus. Cracouienses. Sandywogius de Ostrorog. poznaniensis. Nicolaus de Michalow. Sandomiriensis. Albertus Monywid Wylnensis. Stanislaus Yawnus Trocensis. Jacobus de Conyeczpole Siradiensis. Mathias de Wasosche Calissiensis Nicolaus de Opporow Lanciiensis. Mathias de Labyschin Brzestensis. et Janussius de Cosczol Wladislauiensis. palatini. Johannes de Crowow Gneznensis. Mosticzius de Stanschow poznaniensis. Michael de Czyszow Sandomiriensis. Janussius de Tholyschcow Calissiensis Martinus de Calynowa Siradiensis. Johannes de Lancoschin Lanciiensis. Johannes de Sczecoczini Lublinensis. Dobeslaus de Oleschnicza Woyniciensis. fflorianus de Corithnicza Wysliciensis. Johannes de Ossolyn Radomiensis. Cristinus de Cozeglowi Sandecensis. Domarath de Cobylany Byecensis. Marcissius de Rythwani Zauichostensis. Grotto de Jancouice Malogostensis. Stanislaus. gamrath de Sdzeslauice polanecensis. Jaschco de Bogumilouice Czechouiensis. Sbigneus de Altomonte Rozpergensis. Jwo de Obichow Srzemensis. Martinus Wladislauiensis. Johannes de Crethcow Ryppinensis Cristinus Ostyk Wylnensis. Sungayl

Trocensis. Adam Dobrinensis. et Grzimko Bydgostiensis. Castellani. petrus Schaf-
franyecz Subcamerarius Cracouiensis. Sbigneus de Bresze Regni polonie Mar-
schalcus. Barthossius de Charbinouice. Sandomiriensis. Jaroslaus de Jwno Calyssi-
ensis. pasco de Gogolyow (tak) poznaniensis Jacobus de Vidawa Siradiensis. Al-
bertus Malszkij Lanciciensis. et Donyn de Crayow Cuyauiensis. Subcamerarij.
Andreas galka de Medzwedz. Tribunus. Paulus de Bogumilouice Judex. Zaklika
de Corzkew Subiudex. Marcissius de wroczimouice Vexillifer. Janussius de Cobila-
ni Venator. Wirzbyantha de Wranice dapifer. fflorianus de Dzaduschice Subpin-
cerna. Cracouienses. Borutha de Conyn Tribunus. petrus de falkow Judex Zauis-
sius de Oleschnicza Subiudex Johannes de Bydzini Vexillifer. Sandomirienses.
Jacobus Yakka de Vylczin Calyssiensis. petrus de Widawa Syradiensis. prandotha
Lanciciensis. Andreas de Ludbranz Cuyauiensis et Mathias de Suchdol Lu-
blinensis Judices. et Johannes Manszyk de Dambrowa Curie Regie generalis
Subpincerna. omnibus et singulis premissis. et eorum cuilibet. annuimus. asen-
timus (tak). consentimus et ea promittimus. pollicemur et spondemus. firmiter
constanter Jnviolabiliter et irrefragabiliter omni tempore et perpetue obser-
uare attendere et tenere. Harum quibus Sigilla nostra appensa sunt testi-
monio literarum. Actum in Ryppa fluminis Wyssla circa Monasterium
Czrwensko (tak) in loco campestri Stacionis nostre. Exercituum nostro-
rum. ipso die Beatorum Diuisionis Apostolorum. Anno domini Millesimo
Quadringentesimo decimonono. Datum per manus predicti domini Alberti
Episcopi Cracouiensis et Cancellarij Regni polonie Suppremi Et Venerabi-
lis Johannis Schaffranyecz Decani et Canonici Cracouiensis Regni polo-

nie Vicecancellarij Sincere nobis dilectorum.

Ad relacionem predicti domini Alberti
Episcopi et Cancellarij

Z oryginału pargaminowego – U spodu na różowych jedwabnych sznurkach wisi 29 pieczęci różnej wielkości; reszta pozrywane – niektóre z pieczęci są puste – Pieczęci Królewskiej, Witolda i XX. Mazowieckich brakuje. – Cały dokument po większej części poplamiony – Z największą trudnością udało się miejsca plamami zajęte wyczytać. –

Kazimirus Dei gracia Rex polonie Necnon Cracouie Sandomirie Siradie Lancicie Cuyauie Magnus dux Lithwanie Russie prussie Necnon Colmensis Elbingensis Konigsbergensis et Pomeranie Terrarum heres et dominus Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis presentibus et futuris harum noticiam habituris, Et Recognoscimus tam pro nobis quam Heredibus et Succesoribus nostris, Qualiter. volentes vt Illustrissime principi domine Elizabeth Regine polonie Nate condam (tak) Serenissimi principis domini Alberti Romanorum Hungarie Bohemie etc Regis ducis Austrie atque Consortis nostre carissime Status quem pari sollicitudine cum proprio computamus debito dirigatur ordine Morte quoque nostra secuta possit esse pacificus tranquillus et quietus. Et ipsa domina Elizabeth Regina quemadmodum sua requirit condicio omnium rerum pro deducendo suo Statu habundet affluencia et vbertate, Cum ad procurandum Stabilimentum Status sui non solum nos caritas et amor coniugalis quibus nos diuina gracia composuit Inuitet, Sed etiam Centum milium florenorum hungaricalium Summa, quam post ipsam dominam Elizabeth Reginam pro iusta et vera dote fatemur recepturos nos debere astringat et obliget. Et proinde ipsi domine Elizabeth Regine pro vera et legittima dote Centum milium florenorum per nos recipienda Alia Centum milia florenorum hungaricalium racione dotalicij seu donacionis nupcialis donamus conferimus et largimur Necnon infrascriptas Terras Districtus Castra Ciuitates et Opida videlicet Noueciui-

tatis dicte Korczin Zarnowczense Wysliciense Radomiense Chanczinense Rado-
schiczense Lanciciense Przedeczense Clodawa Conynense pysdrense et Juniwladi-
slauiense vna cum omnibus villis Curijs Allodijs Molendinis Theloneis ad ipsa
vel ad ipsos quomodolibet spectantibus Exactionibus et duorum grossorum Con-
tribucionibus alias poradlne Ac Lobzewo ante Ciuitatem nostram Cracouiensem
sitam Theloneis in Radzeyow et Slumsko Cum omnibus et singulis ipsorum
et ipsarum fructibus prouentibus Censibus vtilitatibus dominijs Juribus per-
tinencijs attinencijs et vsibus ~~vnxxx~~ vniuersis quomodolibet ad ipsa vel
ad ipsos spectantibus ex antiquo. Necnon Seruicijs dignitatibus honoribus
Jurepatronatus, In ducentis milibus florenorum hungaricalium in dote
et dotalicio dedimus donauimus et deputauimus, immo damus donamus
assignamus ~~ex~~ deputamus largimur concedimus impartimur et inscribi-
mus, Vt illis omnibus presit et omnia cum pleno Jure et dominio pos-
sideat post nostrum ~~de~~ ab hac luce decessum Eo modo condicione et forma
quibus nos illis potimur et Antecessores nostri atque nos soliti sumus in
tempus presens huiusque ad vite sue tempora Absque omñi nostrorum
Successorum contradictione et impedimento Promittentes pro nobis here-
dibusque et Successoribus nostris prefatam dominam Elizabeth Reginam
in dictis Terris districtibus Castris Ciuitatibus Opidis villis bonis possessi-
onibus expedire certificare manutenere, Aduersusque quemlibet hominum

mundi taliter tueri, quod omnia supradicta ad vite sue tempora possidebit et percipiet cum effectu Absque omni impedimento et obstaculo pacifice et quiete sine dolo et fraude Efficiemusque et efficere nos astringimus, Quod omnes predictarum Terrarum districtuum Castrorum Ciuitatum Opidorum siue villarum Rectores Capitanei Tenutarij Ciues, presentes et futuri plenam prestabunt ipsi domine Elizabeth Regine sponsionem et fidelitatis corporale Juramentum Quod nulli alteri Nisi ipsi domine Elizabeth Regine morte nostra secuta Terras & districtus Castra Ciuitates Opida villas prefatas plenarie et effectualiter tradant dabunt et consignabunt Et illorum plenam omnimodamque facient cessionem et resignacionem Et ipsi domine Elizabeth Regine in omnibus obediant parebunt fideliter et constanter prout nobis et Successoribus nostris parere consueuerunt Si autem prefata domina Elizabeth Regina prior quam nos vita excesserit, tam dos quam dotalicium ad nos et Regnum nostrum Polonie perpetue deuoluentur sine aliqua ipsius dotis restitucione Si vero nos prius mori contigerit Prole hac nostra ex ea suscepta quod deus ~~afferat~~ aufferat extincta Extunc Terris districtibus Castris Ciuitatibus Opidis, villis, Sibi per nos in dote et dotalicio modo quo supra inscriptis vtetur ad vite sue tempora. Post mortem vero suam Centum Milia floreno-

rum sibi per nos racione dotalicij donata et inscripta ad Regnum et Re-
gem Polonie reuertentur, de Centum vero Milibus que pro dote receptu-
ri sumus habebit ipsa domina Elizabeth Regina plenam iusta omne
beneplacitum suum tam in vita quam in mortis sue articulo donan-
di testandi seu disponendi facultatem Et si ipsam dicta Centum Milia
florenorum quibuscumque personis vni vel pluribus donare seu te-
stari contigerit, quod tunc tales persona vel persone, super dictis Ca-
stris Ciuitatibus Terris Possessionibus modo quo premittitur inscri-
ptis Jure et titulo veri pignoris gaudeant et pociantur absque obsta-
culo et contradictione qualibet, tamdiu donec eadem Castra Ciuitates O-
pida Centum Milibus florenorum solutis ab eisdem fuerint per Suc-
cessores nostros Reges aut Regnum Polonie liberata et redempta.
Hoc tamen adicto (tak) vt si in casu quo esset aliqualis in necessitate
Regni ex laudo aliquo tam de bonis Regalibus Ciuitatum scilicet quam
villarum instituta Contribucio Quod etiam bona dotalicij ipsius domi-
ne Regine ad eandem Contribucionem sint astricti (tak), Necnon a
responsione Podwodorum ex consuetudine debenda in Regia Regni
necessitate literis Regalibus requisita non sint absoluta Quodque Ju-
dicia Castrensia Capitaneorum et Regalia in eijsdem exerceantur et

celebrentur A quibus ipsius domine Regine Capitanei penitus sunt e-
xempti et absoluti In cuius rei Testimonium Sigillum nostrum
presentibus est appensum Actum in Conuencione Noueciuitatis dicte
Korczin generali feria tercia post festum Sancte Lucie proxima An-
no domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo primo presenti-
bus ibidem Reuerendis patribus dominis Johanne Wladislauiensi Re-
gni polonie Cancellario Andrea poznaniensi Johanne Chelmensi Epi-
scopis Ac Magnificis et Generosis Johanne de Thanczin Castellano Cra-
couiensi Luca de Gorka poznaniensi Johanne de pylcza Cracouiensi
Stanislao de Ostrorog Calischiensi Derslao de Rithwyani Sandomi-
riensi Sandiuogio de Lanszenycze Siradiensi Petro de Opporow Lan-
ciciensi Nicolao de Cosczelecz Brestensi Johanne de eadem Cosczelecz
Juniwladislauiensi Andrea ~~Odrowansch~~ Odrowansz de Sprowa Leo-
poliensi Hriczkone de pomorzany podolie palatinis Petro de Gay
Calisiensi Hyncza de Rogow Sandomiriensi Johanne Zaramba de Ca-
lynowa Siradiensi Thoma de Sobotha Lanciciensi Petro de Curow Lu-
blinensi Dobeslao Kmytha de Wysznycze Woyniciensi Petro de Strzykow
Jnowlodzensi Wlodkone de Damborzs Naklensi Castellanis et Jacobo
de Dambno Regni polonie Vicethezaurario Alijsque quampluribus di-
gnitarijs testibus circa premissa Datum per manus eiusdem Reueren-

di patris domini Johannis Episcopi Wladislauiensis Cancellarij Ac Venerabilis Johannis de Brzesze Utriusque Juris doctoris Archidyaconi Gneznensis Vicecancellarij Regni polonie sincere nobis dilectorum.

Ad Relacionem eiusdem Reverendi patris domini Johannis Episcopi Wladislauiensis et Regni polonie Cancellarij

Na pargaminie. – U spodu na jedwabnym sznurku z nici różowych białych i czarnych zawieszone pieczęć mniejsza z massy czerwonej w wosku wyciśnięta przedstawiająca tarczę na cztery części podzieloną w których: orzeł jednogłowy, pogoń, żubrza głowa, pół orła i pół ~~gryfa~~ lwa. Napis wkoło: S. Kazimirus dei gracia rex polonie magnus dux lithwanie et heres russie et cetra (tak). – Z samego początku dokumentu po wyrazie: Kazimirus stoi jakiś hieroglif którego wyczytać nie umiałem, załączam jego i początku fac-simile.

6. Maii 1499. 84

In nomine domini Amen. Ad perpetuam Rei memoriam. Regnorum et Principatuum Status tunc firmantur. cum equalitas. inter Prelatos. Barones. Proceresque. ac Nobilitates. que fundamenta eorum sunt. circa res bene gerendas. ab vtraque parte obseruatur. Proinde Nos Johannes Albertus Deigratia. Rex polonie. Necnon Terrarum Cracouie. Sandomirie. Siradie. Lancicie. Cuiauie. Suppremusque Dux Lithuanie. Russie. prussie. ac Culmensis. Elbingensis et Pomeranie. Dominus et Heres, Animaduertentes vnionum confederationumque. ac mutuarum intelligentiarum vtilitates et commoda. quibus. prelati. Barones. ac proceres. Toteque Nobilitatis vniuersitas Regni nostri polonie. cum Prelatis. Baronibus. ac proceribus. et Vniuersa Nobilitate Magni Ducatus Lithuanie. predecessoribus nostris. tam in hoc Regno polonie. quam in Magno Ducatu Lithuanie Dominantibus. coniuncti. colligati. et confederati. propter mutuam Securitatem et ab hostibus defensionem fuissent In eisdemque vinculis idemtitatis. ac confederationum, tanquam vnus populus hactenus perseverassent. Cupientesque. vt eadem idemtitas voluntatum vtrorumque videlicet Regni nostri prelatorum. Baronum et procerum. Nobilitatisque vniuerse et similiter prelatorum. Baronum et procerum. Toteque Nobilitatis Magni Ducatus Lithuanie. Nobis et Illustrissimo principe et Domino Alexandro Magno Duce Lithuanie Russie Samagethie etc Germano nostro charissimo. Diuina annuentia dominantibus. cresceret. et perpetuo duraret. admisimus nostris Consiliarijs. cum prefati Illustrissimi principis Domini Magni Ducis Lithuanie. et eiusdem Magnidu-

iatus Consiliariorum Oratoribus. ad hoc cum sufficienti mandato huc destinatis. videlicet Reuerendo in Xpo (Christo) patre. Domino Martino Episcopo Medniczensi et Magnifico Joanne de Zabrzeze. palatino et Castellano Trocensi. et Marsalco Magni Ducatus Lithuanie. de confirmandis. innovandis ac ordinandis. et firmiter obseruandis habitis antiquitus federibus inter se tractare et componere. pro vtilitate. commodo et honestate vtriusque dominij. Cum autem vti nobis retulerunt. composuissent et innouassent. et ab vtraque parte. literis et inscriptionibus novis inter se seruandas (tak) fraterne. et pariformiter omnes antiquas inscriptiones eque honestas vtrique parti firmassent. Supplicauerunt nobis vtrinque. vt easdem ipsorum compositiones. et Inscriptiones approbaremus. Nos itaque eorum supplicationes non indignas censentes. Ipsas vniones et confederationes Inscriptionesque vtrinque partes ipsas duntaxat concernentes. tanquam vtrique dominio honestas et vtiles. approbauimus. ratificauimus. approbamusque et ratificamus per presentes. Per hoc tamen non intendimus. Neque volumus dignitati et Juri prefati Illustrissimi Domini Magniducis. ac nostro. in aliquo derogare. In quorum fidem et testimonium. Sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum. et Datum. Cracouie feria secunda Rogationum. Anno domini Millesimo quadringentesimo Nonagesimo Nono. Regni vero nostri anno

septimo. presentibus. Illustrissimo principe et Reuerendissimo in Xpo (Christo) patre Domino Frederico Miseratione diuina Sancte Romane Ecclesie tituli Sancte Lucie in Septemsolijs presbitero Cardinale. Archiepiscopo Gneznensi et primate. Episcopoque Cracouiensi. Germano nostro charissimo. Ac Reuerendis patribus Andrea Roza Leopoliensi Archiepiscopo. Creslao de Curozwanky Wladislauiensi. et Cancellario Regni nostri. Mathia Chelmensi. Episcopis. Magnificisque et Generosis Johanne Amor de Tarnow. Castellano Cracouiensi. Nicolao de Ostrow Sandomiriensi. Ambrosio pampowsky Siradiensi et Capitaneo Maioris polonie. Jacobo de Buczacz Russiè. palatinis. et Nicolao de Curozwanky Siradiensi. Stanislao de Chodecz Leopoliensi. Andrea de Tanczin Woyniczensi. Petro Gnyady Czechouiensi. Nicolao de Choteza polxanyeczensi. Castellanis. Nicolao de Camyenyecz Cracouiensi. Jacobo de Schidlovyecz Sochaczouiensi. Jacobo Szyekliczky Byeczensi et Rathmiensi. Capitaneis nostris. sincere et fidelibus dilectis. Per manus prefati Reuerendi Domini Creslai Episcopi Wladislauiensis et Regni nostri Cancellarij. nobis sincere dilecti.

Creslaus E et R p
Cancell[ar]z
(podpis własnoręczny)
Kanclerza.

Relatio eiusdem Reuerendi in Xpo patris domini Creslaj Episcopi Wladislauiensis. et Regni polonie Cancellarij

Z oryginału pargaminowego. U spodu na grubym czerwo-
nym jedwabnym sznurku wisi pieczęć z wosku znacznej
wielkości w której na massie czerwonej tarcza wielka na
cztery części podzielona w których ~~orzeł~~ ~~pogoń~~ pogoń,
lew, żubra głowa, pół orła pół lwa; w samym środku na mniej-
szej tarczy: orzeł jednogłowy. wielką tarczę trzymają dwa
Lwy, nad nią Korona, napis w około: S. Johannes Albertus
dei gracia rex Polonie Suppremus dux litvanie russie prus-
sie + heres.

9. 9bris 1501. 86

Nos Bartholomeus Kyowiensis Martinus Samogithiensis Johannes Luccoriensis deigracia Episcopi Nicolaus Radzywylowycz palatinus Vilnensis. et Cancelarius Magniducatus Lithuanie Stanislaus Janowycz Castellanus Troczensis. et Capitaneus Samogithiensis Georgius paczowycz, prelati, et Barones Mikael dux Hlynensis Marsalcus Curie nostre Johannes Mykolayowycz Marsalcus noster, et Tenutarius Vilkiensis Janussius Alesandrowycz Incisor noster, et Tenutarius Slonimensis, Albertus Cziczyk, Stanislaus Zabrzezynsky Marsalcus noster Albertus gastolthowycz Bartossius Thaberowycz Marsalcus noster Albertus Cloczko Marsalcus et Magister Curie Stanislaus pyethkowycz Capitaneus Bresthensis Georgius Hylynycz Marsalcus et Tenutarius Lydensis Petrus Hlebowycz Capitaneus Nowogrodiensis Jacobus Dowoynowycz Johannes Stheczko Capitaneus Drohiciensis Nyemyra Capitaneus Myelnycziensis Georgius Cosczyeyowycz Georgius Dowoynowycz Tenutarius Dolgosthiensis Dignitarij Officiales et proceres Magniducatus ~~Lithuanie Samogithie Russie Kyowie eti Domini et heredes~~ Significamus tenore presencium quibus espedit vniuersis Quomodo concordi et vnanimi deliberacione, et voluntate insuper Speciali consensu, et ordinacione, ad id habita Serenissimi principis et Domini domini Alesandri deigracia Magni ducis Lithuanie Samogithie Russie Kyowie eti Domini et heredis, domini nostri graciosissimi Ordinauimus Constituimus Reuerendissimum in Xpo (Christo) patrem, et Magnificos, Dominum Albertum deigracia Episcopum, ducem Alesandrum

Jurgyowycz Castellanum Vilnensem, et Capitaneum Grodensem Johannem de Zabrzezye palatinum Troczensem, et Marsalcum Suppremum Magniducatus Lithuanie Nicolaum Mykolayowycz Subpincernam Magniducatus Lithuanie, et Capitaneum Byelsczensem, petrum Olyechnowycz Magistrum nostre Coquine, Prelatos, Barones et Consiliarios de Corpore Consilij nostri oratores et Legatos, Negociorumque nostrorum gestores et factores, dantes ipsis prout damus presentibus plenariam et omnimodam potestatem et speciale mandatum in hac sancta Electione Regis polonie in dieta pyothrkowiensi, ad eandem ex consuetudine et inscripcionibus, per Nuncios, et literas, prelatorum et Baronum Consiliariorum Regni polonie Specialiter vocati, consulendum tractandum ordinandum disponendum concludendum, et eciam si opportunum fuerit, de nowo Inscripciones et Federa perpetua inter Ducatum Magnum Lithuanie et Regnum polonie, que essent sine preiudicio vtriusque dominij agendum faciendum firmandum et concludendum Articulisque et tractatibus vtriusque dominijs inscribendum et literis roborandum firmandum cum Illustrissimo principe et Reuerendissimo in Xpo (Christo) patre et domino domino Frederico Miseracione diuina Sacrosancte Romane Ecclesie Tituli Sancte Lucie in Septem Solijs presbitero Cardinali Archiepiscopo Gneznensi,

et primati, Necnon Episcopo Cracouiensi, et cum Reuerendissimis in Xpo (Christo) patribus, et Magnificis deigracia Episcopis Prelatis, et Baronibus Regni Polonie Spiritualibus et Secularibus. Consiliarijs, dominis, amicis, et Confratribus nostris Juramentaque pro nobis, et loco nostri faciendum prestandum. Aliaque omnia, et singula, que in premissis necessaria fuerint, et quouis modo opportuna, et que nos facere possemus si personaliter interessemus, Eciam si talia sint que Mandatum specialius exigant, quam presentibus sit espressum. Promittentes prout promittimus bona fide, subque Bonorum Ipoteca nostrorum, et obligacione cum omni Juris et facti renunciacione pariter et cautela nos habere et perpetuo habituros. ratum, gratum, firmum et stabile Quicquid per espressos Reuerendissimum patrem et Dominum Episcopum et Magnificos Barones et dominos Consiliarios de Corpore nostro Oratores nostros, actum, gestumve fuerit in premissis, aut quomodolibet pronunciatum. In Cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum in Byelsko feria Quinta in crastino Natiuitatis gloriosissime Virginis Marie Anno domini Millesimo Quingentesimo Primo.

Z oryginału pargaminowego. U spodu na sznurkach czerwonych jedwabnych

wisi 22. pieczęci mniejszych rozmaitej wielkości – dwie oderwane –
Pierwsza pieczęć Biskupa Kijowskiego Bartłomieja, o którym
w żadnym pisarzu wzmianki nie znalazłem, wyciśnięta jest na
czerwonej massie w wosku, wystawia herbową tarczę, na dolnej jest
części herb podobny do Brochwicz 4to u Niesieckiego, tylko że
na grzbiecie jelenia stoi miecz cokolwiek pochylony rękojeścią
do góry obrocony, a na rękojeści zawieszona mała tarczyczka na któ
rej jakby krzyżyk – górna połowa tarczy herbowej nie wyraźna, nad
tarczą infuła – napis wokoło wyczytać się nie dał. –

12. Mai 1505. 88

Julius episcopus seruus seruorum dei. Dilecto filio Johanni Turzoni Coadiutori Wratislaniensi fructuum et prouentuum Camere apostolice in Regno Polonie et dominijs illi subiectis Collectori et eius in Collectoris officio successori Salutem et apostolicam benedictionem. Ex relatione dilectorum filiorum Carissimi in xpo (christo) filij nostri Alexandri Polonie Regis Illustris Oratorum ad nos et sedem apostolicam pro prestanda obedientia destinatorum nuper accepimus quemadmodum Innumerabilis et fera Tartarorum Natio nomini xpiano (christiano) semper infesta, compluresque diuersarum Sectarum populi acerrimi Catholice fidei hostes, magnum Lithuanie ducatum Russie Podolieque Terras Carissimi in xpo filij nostri Regis prefati ditioni subiectas assiduis Incursionibus depopulationibusque, nec Sexui, nec etati nec personarum conditioni parcentes, per ignem ac ferrum sic deuastarunt, ut non solum multa xpi (christi) fidelium Milia partim crudelissime Trucidauerint partim in miserabilem inde captiuitatem abduxerint, uerumetiam quamplures ecclesias in quibus religiose diuinus cultus exercebatur, diuersasque Arces et Castella que ad illarum Terrarum presidia fuerunt, a maioribus edificata uiolenter euerterint, multis solo equatis, atque in tantum immanes uires suas per Regna et potentatus illos iam extenderint, ut nisi manus adiutrices predicto Regi Illustri his calamitatibus remedia querenti eiusque afflictis Regnicolis pie afferantur, non modo locis ac terris illis sed etiam xpianitati (christianitati) uniuerse periculum immineat manifestum. Eapropter nos ex debito pastoralis officij commissi nobis dominici gregis presidio ac tutele prouidere et calamitates huiusmodi quantum cum deo possumus, nostreque suppetunt facultates auertere cupientes tibi presentium tenore committimus atque mandamus ut ea que ex Denario sancti Petri in dicto Polonie Regno Camere apostolice proueniunt nobisque debentur, nomine nostro in ecclesiarum Arcium et Castellorum huiusmodi destructorum reparatione presertim Castri Camenecz, quod Regni illius quoddam Propugnaculum semper est habitum instauratione Venerabilibus fratribus nostris Cracouiensi et

et plocensi Episcopis ac dilecto filio Castellano Cracoviensi pro tempore existen-
ti alias in manus ipsorum integre et cum effectu per Decem Annos continue
succedentes et deinde ad nostrum et dicte sedis apostolice beneplacitum tradas,
et consignes pro huiusmodi Castri necessarijs et aliarum Arcium dirutarum
reparatione exponenda et dispensanda ab eisdem, quos ipsos exnunc et eo-
rum quenlibet (tak) ipsorum conscientiam onerantes, ad id officium teno-
re presentium deputamus. Datum Rome apud Sanctumpetrum Anno In-
carnationis dominice Millesimo quingentesimo quinto Quarto Idus May
Pontificatus nostri Anno Secundo.

D. de Comitibus

Na pargaminie pieczęci nie ma i nie było. Na odwrotnej
stronie ~~zatytułowanie czyli~~ adres tem samem pismem
co cały list: Dilecto filio Johanni Turzoni Coadiutori Wrati-
slauiensi fructuum et prouentuum Camere apostolice in Regno
Polonie et dominijs illi subiectis Collectori et eius in Collecto-
ris officio Successori niżej pod adresem:

Sigismundus

Julius episcopus seruus seruorum Dei Carissimo in xpo (christo) filio Alexandro Polonie Regi Illustri salutem et apostolicam benedictionem. Sincere deuotionis affectus quem erga nos et Romanam geris ecclesiam non indigne promeretur ut illa tibi fauorabiliter concedamus que tuis et principibus Regni tui commoditatibus fore conspicimus oportuna, ac per que tu et principes predicti in uestris infirmitatibus aliquod suscipere possitis releuamen. Sane sicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat, cum nonnulli ecclesiastici Viri Regni Polonie in Vniuersitatibus studiorum generalium ad Medicine doctoratum seu Magistratum promoti et in medendo parati et docti existant, qui per te et alios principes Regni tui sepesepius requirantur ut uobis et uestris necessitatibus et infirmitatibus subuenire uelint ipsique curas huiusmodi suscipere et opottuna remedia ministrare posse eis non licere absque Sedis apostolice licentia dicunt. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum ut Quatuor ecclesiasticis Viris etiam in dignitate ecclesiastica seu in presbiteratus ordine constitutis et in medicina doctoribus seu Magistris et ad huiusmodi Magistratus gradum in Vniuersitatibus studiorum generalium seu alias rite promotis et per te nominandis tam tibi quam etiam Carissime in xpo (christo) filie nostre Elizabeth dicti Regni Regine Illustri et alijs principibus dicti Regni dum a te et Regina ac principibus predictis requisiti fuerint in uestris et eorum necessitatibus et infirmitatibus iusta medicine canones oportuna remedia impendere libere et licite ualeant, licentiam et facultatem concedere aliasque in premissis oportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati tibi ut Quatuor ecclesiasticos Viros ad dictum gradum ut prefertur nominandi (tak)

qui dum a te et Regina ac principibus predictis in tuis et eorum necessitatibus requisiti fuerint iuxta medicine canones in dicto Regno citra tamen adustionem et incisionem absque alicuius irregularitatis incursu mederi libere et licite ualeant, Honorij pp. iij. (pape tertii) predecessoris nostri et alijs apostolicis ac in prouincialibus et Sinodalibus Concilijs editis generalibus uel specialibus Constitutionibus et ordinationibus ceterisque contrarijs nequaquam obstantibus auctoritate apostolica tenore presentium de specialis dono gratie indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri indulti infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Rome apud Sanctumpetrum. Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo quinto Tertio Nonas Iunij Pontificatus nostri Anno Secundo

Podpisano odmiennem pismem:

Gratis de mandato s. d. n. pp. (Sanctissimi domini nostri pape)

P. Wolkow

P. Tortis pro Comp (pro compositione?)

Pod drugiem brzegiem:

Sigismundus

na zachyleniu:

C. Barotius

U spodu oryginału pargaminowego na sznurku z nici jedwabnych czerwonych i żółtych wisi pieczęć ołowiana ~~taż~~ kaź sama co ~~wyżej~~ niżej. — Na drugiej stronie wielkiemi literami napis: Indultum quatuor personis Ecclesiasticis medicinam exercendi per Regem nominandis

Obok jeszcze większemi literami: ~~Scripta~~ Rta apud me Sigismundum

Julius episcopus seruus seruorum Dei Ad perpetuam rei memoriam.
Decet Romanum pontificem cum refrigescente caritate multorum
adeo iniquitas habundat ut quorundam succensa uelut ignis impietas
contra ecclesias et personas ecclesiasticas ac eorum bona tanto ualidi-
us inflamatur quanto rariores qui eos tueantur contra prauorum in-
cursus inuenit protectorem ibique fortius diuersis remedijs merito proui-
dendum ubi prosecutorum immanitas periculosius exardescit eaque statu-
ere et ordinare per que ecclesie et persone prefate a noxijs preseruen-
tur et ecclesiasticus ordo in suis priuilegijs iuribus et bonis conserue-
tur prout temporum locorum et rerum qualitas id exposcit in domino
salubriter expedire. Sane pro parte Carissimi in Xpo (christo) filij
Alexandri Polonie Regis Illustris ac Venerabilium fratrum no-
strorum Vniuersorum Archiepiscoporum Episcoporum et dilectorum
filiorum aliorum prelatorum ac Vniuersi cleri totius Regni Po-
lonie et aliorum dominorum dicto Regno annexorum nobis nuper
exhibita petitio continebat quod a certo tempore citra quedam cor-
~~ruptella~~ ruptella et dannata cupiditas in Regno et dominijs pre-
fatis inoleuit quod milites et Stipendiarij tam prefati Regis quam
aliorum principum et dominorum secularium illarum partium
pro libito uoluntatis sue ad ecclesias Monasteria et alia loca ec-
clesiastica accedentes illorum bona tam pro sustentatione persona-
rum ecclesiasticarum quam etiam ad diuinum cultum deputata
rapiunt subtrahunt et uiolenter exportant ecclesiasque et Mona-
steria ac alia loca ecclesiastica grauissimis ~~damnis~~ dannis (tak)

afficiunt et incendio deuastant aliaque intollerabilia damna inferunt et enormes excessus et delicta perpetrant et committunt et si ab ecclesiasticis personis eis resistentia fit illas uulnerant captiuant et quandoque quod horribilius est diuersis supplicijs afficiunt et interficiunt ~~quandoque~~ quoque pro premissis querela fiat ad Judicium seculare pro emenda premissorum occasione facienda ac etiam ut talium ausus nepharij comprimantur et iuxta eorum excessus delicta et attrocitatem delicti puniantur quamuis ecclesiastice persone in Concilijs Regis et aliorum Principum seu Judicum secularium ut Consiliarij intersint cum tamen de punitione dictorum delinquentium tractatur seu iudicium ferendum est ipsi ecclesiastici metu censurarum seu irregularitatis huiusmodi iudicio et condemnationi interesse non audent sed Concilium exeunt ex quo alij seculares Consiliarij uel remissius agentes uel etiam negligentes existunt ut dicti malefactores iuxta eorum excessuum et delictorum qualitatem puniantur et ecclesijs et Monasterijs personisque ecclesiasticis ~~aut etiam in sacris ordinibus constitute sint uel fuerint concederetur~~ pro premissis debita satisfactio impendatur Verum si Cancellario et Uicecancellario de Concilijs Regis et Principum prefatorum nunc et pro tempore existentibus etiam si ecclesiastice persone etiam in dignitate ecclesiastica aut etiam in sacris ordinibus constitute sint uel fuerint concederetur quod absque alicuius irregularitatis incursu litteras super dilatione maleficiorum in Concilijs legere et interpretari ac in examine et discussione dictorum malefactorum et illorum punitione interesse possent profecto ex hoc libertas ecclesiastica conseruaretur et ne milites et stipendiarij prefati ecclesias et Monasteria deuastarent aut eis uel personis ecclesiasticis iniurie inferrentur ac etiam ne multa alia nephanda que per eos fiunt committerentur salubriter prouideretur Quare pro

parte tam Alexandri Regis quam Archiepiscoporum Episcoporum Prela-
torum et Cleri predictorum nobis fuit humiliter supplicatum quod Cancellari-
us et Vicecancellarius prefati in Concilijs in quibus de predictorum seu aliorum
malefactorum punitione agitur interesse et licere [vak] malefactorum huiusmodi com-
missa legere aliosque laicos in huiusmodi Concilijs uota dantes et consulentes
ad iuste deliberandum necnon et ubi opus fuerit in talibus institui [vak] cognitio-
~~bus~~ nem et executionem alijs committere absque alicuius irregularitatis incur-
su libere et licite ualeant statuere et ordinare aliasque in premissis prouide-
re de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur qui premissa cum ma-
gna animi displicentia intelligimus et insolites transgressores huiusmodi
eorumque nepharios ausus reprimere ne si neruus punitionis tepescat eo-
rum uoluntas sit proclivior ad pecandum et exemplum impunitatis pericu-
losius in alios deriuetur intensis desiderijs cupimus Alexandrum Regem
ac Archiepiscopos Episcopos et alios Prelatos ac Clerum prefatos illorumque
singulos a quibuscunque excommunicationis suspensionis et interdicti ali-
jsque ecclesiasticis sentencijs censuris et penis a iure uel ab homine qua-
uis occasione uel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt ad
effectum presentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes et
absolutos fore censentes prefati Alexandri Regis consideratione ac huiusmo-
di supplicationibus inclinati quod Cancellarius et Vicecancellarius prefati
nunc et pro tempore existentes in Concilijs in quibus de predictorum et
aliorum malefactorum punitione agetur interesse ac litteras delationis
maleficiorum huiusmodi legere aliosque laicos in huiusmodi Concilijs
uota dantes et consulentes ad iuste deliberandum monere et ubi opus
fuerit in talibus iusticie cognitionem et executionem alijs committe-
re absque alicuius irregularitatis incursu libere et licite possint et ualeant
perpetuo statuimus et ordinamus eisque pariter concedimus et indulge-
mus Non obstantibus apostolicis ac in Prouincialibus et Sinodalibus Con-
cilijs editis generalibus uel specialibus Constitutionibus et ordinationibus

statutis quoque et Consuetudinibus ecclesiarum Regni et Dominiorum predictorum iuramento confirmatione apostolica uel quauis firmitate alia roboratis legibus iuribus etiam Municipalibus ceterisque contrarijs (tak) (contractis) quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis statuti ordinationis concessionis et indulti infringere uel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum petri et pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum Datum Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis Dominice Millesimo quingentesimo quinto Sextodecimo kalendas Julij pontificatus nostri Anno Secundo

Na dole dopisano odmiennem pismem.

Gratis de mandato S. d. n. pp. (Sancti domini nostri pape)

P. Wolkow P. Fortis p Comp (pro compositione?) Pod drugim końcem na dole:

Na załamaniu pod spodem: C. Barotius Sigismundus.

Na pargaminie u spodu pieczęć ołowiona na sznurku z jedwabiu żółtego i czerwonego; na niej na jednej stronie: IVLIVS. PAPA. II. na drugiej dwie głowy S. Piotra i S. Pawła. —

Na odwrotnej stronie zatytułowanie wielkiemi literami: Conceditur perpetue Cancellario et Vicecancellario Regni polonie pro tempore existentibus sine metu irregularitatis consulere in criminalibus. obok jenore wyższemi literami: Scripta (Rta) apud me Sigismundum

---

Uwaga. Trzeba porównać wyrazy podkreślone które w podkreśleniu wyższem mylnie gdzieniegdzie przez pisarza napisane są: wyraz licere później odmiennym atramentem na próżnem miejscu dopisany podobnież wyraz nerueus.

Julius episcopus seruus seruorum dei. Ad perpetuam rei memoriam.
Circa decorem et uenustatem singularum ecclesiarum presertim Metropolitanarum insignium continue soliciti ad ea libenter intendimus per que ecclesie ipse in suis honoribus iuribus et bonis perseruentur et augeantur ac ad laudem omnipotentis Dei in spiritualibus et temporalibus uotiuis proficiant incrementis. Sane pro parte Carissimi in Xpo filij nostri Alexandri Polonie Regis Illustris nobis nuper exhibita petitio continebat quod ecclesia Metropolitana Gneznensis in Regno Polonie Primaria consistens insignis et notabilis existat et Nobilissimis prouentibus ac ornamentis preclaris litteratisque personis benedicente Domino repleta et dotata sit expediatque eidem ecclesie tam pro illius decore quam iurium et bonorum suorum conseruatione et amplificatione ut in ipsa ecclesia sint Ministri quorum auctoritate et consilio et doctrina ac fauoribus ipsius ecclesie bona et iurisdictiones conseruari et augeri possint. Quare pro parte ipsius ~~Alle~~ Alexandri Regis nobis fuit humiliter supplicatum ut quod decetero perpetuis futuris temporibus in dicta ecclesia Gneznensi ad illius Canonicatus et prebendas dignitates personatus administrationes uel officia obtinenda dum pro tempore uacabunt Duo in Theologia Magistri seu licentiati et Duo in utroque uel altero iurium doctores et Duo in Artibus et Medicina Magistri ceteri uero nonnisi Nobiles de Nobili genere ex utroque parente procreati penitus admittantur ac quod receptiones ac etiam collationes et prouisiones de dignitatibus personatibus administrationibus et officijs Canonicatibus et prebendis ecclesie predicte alijs personis quam modo premisso qualificatis etiam per Sedem apostolicam seu litteras eius aut auctoritate earum pro tempore <u>faciende</u>(tak) nullius penitus sint roboris uel momenti nec per illas ius in dignitatibus Canonicatibus et prebendis predictis eisdem personis modo ~~predicto~~ premisso non qualificatis collatis uel ad illos quomodolibet acquiratur statuere et ordinare aliasque in premissis prouidere oportune de benignita-

te apostolica dignaremur. Nos igitur qui ecclesiarum predictarum honores et uti-
litates conseruari et augeri sinceris desiderijs affectamus supplicationibus prefati
Alesandri Regis inclinati quod de cetero perpetuis futuris temporibus in ipsa ec-
clesia Gneznensi ad illius Canonicatus et prebendas dignitates personatus admi-
nistrationes uel officia obtinenda dum pro tempore uacabunt Duo Magistri
seu licentiati in Theologia et Duo in utroque uel altero iurium doctores et Duo
in Artibus uel Medicina Magistri ceteri uero nonnisi Nobiles de Nobili gene-
re es utroque parente procreati penitus admittantur quodque receptiones colla-
tiones et prouisiones de dignitatibus personatibus administrationibus et officijs
ac Canonicatibus et prebendis dicte ecclesie Gneznensis alijs personis quam
modo premisso qualificatis etiam per sedem predictam uel eius litteras aut
earum auctoritate pro tempore faciendas nullius penitus sint roboris uel mo-
menti nec pro illis ius in Canonicatibus et prebendis dignitatibus personatibus
administrationibus uel officijs huiusmodi seu illos illas uel illa eisdem personis
ut prefertur non qualificatis quomodolibet acquiratur. Quodque Archiepiscopus
Gneznensis pro tempore esistens et dilecti filij Capitulum ac singulares
persone dicte ecclesie nunc et pro tempore esistentes pretestu quarum-
cumque ~~personarum~~ censurarum ecclesiasticarum in dictis litteris et pro-
cessibus de super pro tempore habitis contentarum ad receptionem aliquo-
rum alias quam ut prefertur qualificatorum et modo premisso cogi et
compelli nequeant, neque censure eos ligent seu arctent statuimus et
ordinamus, ac quicquid in contrarium scienter uel ignoranter attempta-
ri contigerit nullius roboris uel momenti esistere decernimus. Non obstan-
tibus Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac dicte ecclesie Gne-
znensis iuramento confirmatione apostolica uel quauis firmitate

alia roboratis statutis et consuetudinibus ceterisque contrarijs quibuscumque.
Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti ordinationis decreti et declarationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.
Datum Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo quinto Septimo kalendas Julij pontificatus nostri Anno Secundo

Na dole odmiennem pismem podpisano:

Gratis de mandato S. d. n. pp (Sanctissimi domini nostri pape)

P. Wolkow

P. Fortis p Comp (pro Compositione?)

Z drugiego brzegu na dole:

Sigismundus

Na zachyleniu brzegu:

C. Barotius

Na odwrotnej stronie wielkiemi literami zatytułowanie:

Conceditur Ecclesie Metropolitane Gneznensi ut nullus ad eam prelatus aut Canonicus nisi ex utroque parente Nobilis admittatur.

Obok tego jeszcze większemi literami: ~~Scripta~~ Rta apud me Sigismundum

Na pergaminie u spodu na sznurku z różowego i żółtego jedwabiu pieczęć ołowiana na której z jednej strony dwie głowy: S. Piotra i S. Pawła, z drugiej strony: IULIUS PAPA II.

Leo episcopus seruus seruorum dei. Ad perpetuam rei memoriam.

In nomine Domini Amen. Quoniam ab humana memoria res gestae annorum revolutione continua de facili prolabuntur, quare non improvide est inventum, ut hebeti memoriae hominum scriptorum testimoniis prout est possibile succuratur, hinc est, quod nos Boleslaus Dei gratia Dux Poloniae notum esse volumus tam praesentibus quam etiam futuris, praesentem paginam inspecturis, quod intuentes fidelia servitia et nobis multum in omnibus utilia nostri dilecti servitoris Ubeslai filii comitis Laurzenck, damus donamus atque conferimus jam dicto Ubislao et suis successoribus nostras haereditates in terra nostra Rudensi, videlicet Rambelicze, Parzimiech et Kochlewo cum fluvio qui Wartha nominatur, in longitudine in latitudine insuper cum omnibus utilitatibus et pertinentiis ad easdem haereditates qui nunc ibi sunt, aut processu temporis fieri possunt quocunque nomine censeantur jure haereditario libere in perpetuum possidendum, dantes sibi et suis successoribus in supradictis bonis et pro commodo suo omnes utilitates quas ibidem habere et comparare potuerint, in civitatibus aedificandis, in molendinis, in navigiis, in venationibus, aut etiam si aurum vel argentum aut plumbum aut qualiscunque census repertus fuerit in haereditatibus praenominatis saepedictus Ubeslaus et sui successores in perpetuum jure haereditario et libere retinebit, advenientibus vero temporibus haereditates Rambelicze, Parzimiecho et Kochlewo ab omni exactione polonica quae modo Dominio dinoscitur pertinere, sicut est a naraz a powoz, a przewod, a podworowo, a struza, a bove, a vacca

a poz

a foro et a citatione castri nisi tantum nostro sigillo,
aut annulo fuerint provocati, eximentes saepedictas haereditates
praecipue a poradlne et qualemcunque solutionem in tota
nostra Terra, posuerimus eandem, saepedictus Ubeslaus in bonis
supradictis ponat et pro se percipiat ex integro, nullo con-
tradicente, habeat etiam supraditus Ubeslaus et sui suc-
cessores in haereditatibus saepenominatis omnia jura tam
teutonicalia quam polonicalia suspendere, decolare, rotare,
demembrare, mutilationes facere, omnem fructum exinde
provenientem pro se percipiat ex integro, nullam nobis
exinde porcionem, caput cum vicinia non solvatt. homi-
cidium inter ipsos incolas peractum Ubeslaus et sui
successores judicabit et ejus fructus ex pleno pro se acci-
piat. Volumus etiam ut nullus advocatorum nostrorum
die fori aut aliis diebus homines ipsius Ubeslai detineatt
si fuerint vulnerati inter se ipsos aut cum aliis in
contentione litis in civitatibus nostris aut in terra nostra
ubicunque locorum, sed dictus Ubeslaus et sui successores
causas judicabit. Item homines saepediti Ubeslai non
teneantur astare citati coram Pallatino aut Castellano, nec
coram judicibus eorundem sed coram suo domino Ubeslao
comparebunt. Si autem acciderit, quod noster homo, dicti
Ubeslai hominem occiderit in civitate nostra vel ubicunque
locorum in nostra terra, omnem utilitatem exinde pro-
venientem saepedicto Ubeslao et suis successoribus dimide-
tatem perpetue assignamus. Si vero eundem virum occi-
derit in locis supradictis, et abierit, non detentus in villis
memorati Ubeslai coram ipso jure conveniatur omnem
quaestum ex eo provenientem de homicidio percipiat, ex
integro sint etiam absolutae incolae dictarum haereditatum
Rambelicze Parzymiecho et Kochlewo ab omni jure
castri vel civitatis; sint etiam absolutae incolae saepe-
nominatae a theloneo per totam nostram terram. Homi-
nes vero in bonis supradictis residentibus nullus ex nostris
hominibus judicabit. Ut autem nostra haec pagina rite
peracta robur obtineat perpetuae firmitatis, et ne in poste-
rum per nos aut nostros successores possit irritari, prae-
sentem literam scribi jussimus et nostro sigillo fecimus
communiri, coram his testibus: Comite Predpelco Pallatino

posnan

posnaniensi, Boguslao judice posnaniensi, Jantono Castellano Kalisiensi comite. Datum Posnaniae, Anno Domini Millesimo ducentesimo sexagesimo sexto, in octava beati Joannis Baptistae. De quo quidem originali, recepto privilegio idem offerens judicium Terrestre Syradiense et Cancellariam quietat.

Zgodność powyższego odpisu z jego oryginałem na papierze bez stempla pisanym, w Głównem Archiwum Królestwa, mianowicie w Aktach Trybunału Koronnego Piotrkowskiego, w księdze wyroków № 98 Fol 803 znajdującym się po sprawdzeniu zaświadczam.
w Warszawie dnia 30. Kwietnia / 12. Maja 1857 roku

Naczelnik Głównego Archiwum Królestwa
(M. P.) — podp./ Wal. Stebert
podp./ Gulinski archiwarjusz.

3

Metryka Korona № 55 f. 269.

116

Sigismundus etc. Manifestum facimus tenore presentium quibus expedit universis. Quia licet superiori tempore Serenissima princeps domina Bona Regina coniunx nostra amantissima penam suam, quam Ruszicza vocant ratione homicidij muliebris ad eius Majestatem ex antiqua consvetudine provenientem Nobili Joanni Drohibiczki in Nobili Andrea Cowalik de Banthkowicze, veluti occisore Nobilis olim Catherinae Ossowska Consortis Nobilis Joannis Ossowski coram nobis ad intercessionem quorundam consiliariorum pro ipso Joanne factam concesserat, et datis literis commiserat exigendam. Pro qua quidem pena dicta Russicza prefata Serenissima conjunx nostra charissima perluchra (sic) in Jure nostro Regali contra eundem nobilem Andream Cowalik Banthkowski homicidam ad finem perduxit. Literas tamen donationis hujusmodi poenae sibi Joanni facte a Majestate sua quodam casu ammisisse dicitur. Inherendo igitur Majestas Sua Reginalis donationi sue eidem Nobili Joanni Drohobiczki facte ratam et gratam habentes Juris terrestris transactionem occasione hujusmodi penae seu homicidii feminei sexus factam, Eandem penam sibi denuo coram nobis dedit donavit et concessit. Ac omne jus suum in eum transfundit, ac realem intromissionem et effectualem possessionem in eadem perluchra et in omne jus suum per Ministerialem terrestrem Petrum Mnyschek de Stradomya, vel per alium quem sibi elegerit dedit. Quam quidem donationem coram nobis factam nos ratam habentes admisimus eamque confirmamus ratificamus et approbamus presentibus F

Wyroki Trybunału Piotrkowskiego N:1 fol. 674 verso f. 3a post festum Sanctae Priscae 1579. - Wierowski cum Liubikowski Concordia. Nobilis Stanislaus filius Nobilis Joannis Wierowski terrigena Pallatinatus Podliascensis districtus Drohicensis, ab una, et Nobilis Stanislaus Liubikowski Indigena Pallatinatus Rawensis, Districtus Gostinensis, ab altera partibus. Recedendo a terris districtibus in quo bona ipsorum consistunt, et foro ac Jurisditione propria, quantum ad Actum et recognitionem presentem, et se huic Jurisditioni Judicii presentis incorporando et inviscerando. Sani mente et corpore existentes palam publice ac ingenue verbis expressis recognoverunt: Quia Cedentes litti et mutuis sumptibus omne negotium inter eos habitum dissentionum ex amicabili compositione, et concordia per certos amicos facta videlicet Nobiles Joannem Wysocki Mathiam Moiaczewski Valerianum Niernaiski et alios quam plurimos Nobiles circa premissa existentes, mutuo et invicem cassaverunt, silentium perpetuum imposuerunt, mentionemque ullam (sic) premissorum omnium haberi volentes; sub pena cognominis Mazur. Super quo Judicio presenti memoriale est persolutum.

F presentibus. Decernimusque eam robur debite et perpetue firmitatis habituram, tenore presentium mediante. In cuius rei etc. Datum Cracoviae die dominica Invocavit M.D.XXXIX (1539) Regni vero nostri anno XXXIII (33) Relacio Mfici Pauli de Wolya R. Poloniae Vicecancellarii.

Kara za porwanie się w lasach królewskich ludzi połowa grzywny — Metrica 59 f. 220 v
ks. 3. Metr. Kor. 31 f. 51

Privilegium Nobilis Jochno Dobrohostowski cum conservacione

1518 ad vitam in sculteciā ~~inferius descripta~~ circa duos torrentes Bistrza et Dobrohostow

1539. In nomine domini amen ad perpetuam rei memoriam Nos Sigismundus dei gracia Rex Polonie etc. Significamus tenore presentium quibus expedit universis et singulis presentibus et futuris harum noticiam habituris, Quia pro parte Nobilis Jochno Dobrohostowski sculteti nostri exhibitum fuit coram nobis privilegium

NB: in et super ducatum circa duos torrentes Bistrza et Dobrohostow appellatos in terra et districtu drohobicensi situm

NB. pro locanda villa in nova radice et iure Valachico fundanda, aliisque in eodem expressis et descriptis per nos superioribus annis datum et concessum tenoris infrascripti Supplicatumque est nobis, ut illud ipsum privilegium propterea quod in aliqua parte esset attritum vetustate denuo scribi et illi extradi mandare ac illud confirmare et approbare autoritate nostra regia dignaremur. Quarum quidem literarum tenor sequitur et est iste. In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus dei gracia Rex Polonie Magnus dux Lituanie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie Lancicie Cuiavie Russie. Prussieque Culmensis Elbingensis et Pomeranie dominus et heres Significamus tenore presentium universis et singulis presentibus et futuris presentium noticiam habituris. Quia nos perspectam habentes virtutem in rebusque agendis dexteritatem, nec non fidelia obsequia Generosi Stanislai Matdrzik de Chodiwancze Tribuni Leopoliensis et Capitanei Drohobicensis, fidelis dilecti, que constanter et sedulo in serviendo multipliciter nobis exhibuit. Horum itaque et aliorum ipsius plurimorum meritorum intuitu, cupientes eundem munificencie nostre Regalis condignis, ut par est prosequi favoribus. atque dignum erga illum gracie nostre testimo[nium]

apud parte

sub ville gubvidi i Nuszinów (w Łaszcie ku [illegible] z [illegible] Nuz.) [illegible] wotec. [illegible] [illegible] i [illegible]

apud posteros relinquere contulimus ei, et conferimus per presentes
NB. ducatum circa duos torrentes Bistrza et Dobrohostow appella
tos, in terra et districtu drohobicensi consistentem. damusque
illi potestatem et consentimus, unam villam circa eosdem
NB. torrentes in nova radice et iure Valachico fundare et locare,
et pro agris ad duas curias alias dworzisczа (sic) sufficien
tes, silvam extirpare cum sex pratis Sutrzimi vulgariter
dictis. Admittimus eciam eidem Stanislao Maldrzik edi
ficare et construere Molendinum in aliquo torrente ex pre
dictis, pro usu suo proprio, ex quo omnia emolimenta cu
iuscunque grani fuerint percipiet, et ad necessitatem su
am propriam convertet. Quem quidem ducatum cum villa
Curijs et Molendino prefato et cum omnibus et singulis
utilitatibus fructibus et pertinencijs, ac cum omni iure,
dominio et proprietate ac usufructu ipse Stanislaus
Maldrzik tenebit et possidebit, et sui successores legitti
mi possidebunt, eoque uti fruentur, ac de nostro successo
rumque nostrorum consensu, donare eundem ducatum
et vendere, alienare, commutare, resignare, et in usus
suos beneplacitos convertere poterunt, prout illi vel illis
melius et utilius videbitur expedire. Ut autem dicta villa
de novo locanda post fundacionem suam melius coalescat,
damus Incolis eius ab initio fundacionis eiusdem ville
libertatem per viginti annos sese continue sequentes, ab
omnibus censibus, contribucionibus et exactionibus quibus
cunque pro nostra et reipublice necessitate laudandis, et
instituendis seu institutis et laudatis. ac ab omnibus
laboribus et oneribus, per Colonos aliarum villarum
nostrarum terre Drohobicensis de iure vel consuetudine
sustineri solitis. Post cuius quidem libertatis expiracionem (sic)
Successores prefati Stanislai Maldrzik racione ducatus Curiarum
et Molendini

et molendini predicti ac aliarum utilitatum et proventuum su-
pra descriptorum bellicam servitutem exhibere in qualibet gene-
rali bellica expedicione in uno equo cum arcu circa Capita-
neum Drohobicensem pro tempore existentem tenebuntur. Incole
vero predicte ville post ipsius eciam libertatis expiracio-
nem tenebuntur solvere nobis et nostris successoribus quolibet
NB. anno, per quatuor arietes pedibus insistentes vel per sex
grossos pro quolibet simili ariete, per unum caseum Vala-
NB. chicum. vel per quatuor grossos pro quolibet caseo. per
NB. unam cingulam alias poprang. et per caseum honorarium
NB. alias pottonnij. et hec omnia et singula solvent simul et
semel finita libertate, ut prefertur pro singulis festivita-
tibus pentecostes ac uno die in anno et estate prata
falcastrare, altero vero die fenum colligere tenebuntur. Et
si aliqua ~~puella~~ puella ville in silva quacunque pro- NB. Bykowe
grans et gravida effecta fuerit solvet penam subrille vul-
gariter nuncupatam hoc est mediam sexagenam pecunie
monete et numeri in Regno nostro currencium, et ut ipse
Stanislaus Maldrzik uberiorem erga se nostram cognoscat
graciam permittimus et consentimus illis soli, et nulli
alteri vendere eundem ducatum cuicunque voluerit con-
sensu alio nostro ad hoc minime requisito. In cuius
rei fidem et testimonium sigillum nostrum presentibus
est subappensum. Actum et datum Cracovie in Convencione
nostra generali dominica sexagesime Anno domini Mille-
simo quingentesimo decimo octavo, Regni nostri duodecimo.
Presentibus Reverendissimis et Reverendis in Cristo patri-
bus dominis Joanne Gnesnensi Legato nato et primate.
Bernardino Leopoliensi Archiepiscopis. Joanne Cracoviensi
Mathia Wladislavien. Erasmo Plocen. Petro Premislien.
et Regni nostri Vice Cancellario. Jacobo Camenecen. Episcopis.
Necnon Magnificis, Venerabilibus et Generosis, Spitkone de

Jaros

de Jaroslaw Castellano Cracovien. Nicolao de Lubrancz posnanien. Cristophero de Schidlowiecz Palatino et Capitaneo Cracovien. ac Regni nostri Cancellario. Nicolao Firlei de Dambrowicza Sandomirien. Joanne Zaremba de Calinowa Calisien. Jaroslao de Lasko Siradien. Joanne Jarant de Brudzow Lancicien. Otta de Chodecz Russie. Martino de Camyenyecz Podolie, Andrea de Thanczin Lublinen. Nicolao de Pilcza Belzen. Andrea de Niszicze Plocen. Andrea de Zelarna Rauen. Palatinis. Nicolao de Schidlowiecz Sandomirien. et Regni nostri Thesaurario. Nicolao Jordan de Zakliczin Woinicen. et Scepusien. osswiancimen. Zatorien. Capitaneo, ac pro curatore generali Cracovien. Vincencio Swdwa de Schamotuli Gnezuen. Georgio Krupski de Orchow Leopolien. Joanne Bochotlnicki de Olesnicza Wislicien. Joanne de Opporow Brzezen. Adam de Drzewicza Radomien. Andrea de Stoianicze premislien. Clemente de Camyenyecz Sanocen. Stanislao Mielieczki Zavichosten. Victorino de Sienno Malogostien. Stanislao de Sprowa Zarnovien. Nicolao Missopad. Crechowien. Castellanis. Stanislao de Chodecz Regni nostri Marschalco et Capitaneo Leopolien. Joanne Latalski Gnesnen. Cracovien. et Lancicien. Ecclesiarum preposito Stanislao Goreczki Custode Plocen. ac Gnesnen. et posnanien. Andrea Krziczki preposito sancti Michaelis plocen. Scolastico posnanien. Stanislao Tharlo Archidiacono Lublinen. Canonico Cracovien. Stanislao Chroberski vexillifero Incisore et pincerna Silvestro Ozarowski Succamerario et Zawichosten. Nicolao Thomiczki Costen. Capit. et Magistro Stabuli Curie nostre. Ceterisque dignitarijs officialibus et aulicis nostris testibus ad premissa fide dignis, sincere nobis et fidelibus dilectis. Datum per manus prefati Reverendi in Cristo patris domini petri Episcopi premislien. et Regni nostri Vicecancellarij sincere nobis dilecti. Petrus Episcopus et

Vicecancellarius subscripsit

Vicecancellarius subscripsit. Relacio Reverendi in Christo patris domini Petri Episcopi Premislien. et Regni Polonie Vicecancellarij. Nos itaque Sigismundus Rex prefatus supplicacionibus pro parte prefati Jochno Dobromostowski ad nos factis benigne annuentes literas privilegij nostri preinsertas denuo descriptas illi dedimus et concessimus damusque et concedimus per presentes, Nec non possessionem illius ducatus seu sculteciе prefate iure quocunque et a quibuscunque personis per ipsum Jochno obtentam et assequtam approbamus et confirmamus illa omnia perinde rata et firma habentes ac si de nostro tunc consensu fuissent facta. Insuper ad intercessionem

NB. quorundam nostrorum Consiliariorum pro eodem Jochno popone NBNB et sculteto nostro ad nos factam eundem et eius filium Iwan in possesione et usufructu dicti ducatus seu sculteciе illiusque omnium et singulorum fructuum proventuum redditium et universorum [aliorum] obvencionum alias iuxta privilegij originalis vim et continenciam Ad tempora vite ipsorum relinquendos et conservandos fore censuimus relinquimusque et conservamus presentibus. Ita quod quamdiu uterque illorum in hac vita fuerit nemini subditorum nostrorum illos de prefata sculteciа seu ducatu redimere consenciemus, nec nostri successores consencient Neque nos ipsi seu successores nostri redimere poterimus. Admittimus preterea prefatis Jochno Pop, et eius filio Iwan ut possint construere et facere duas piscinas in locis ad id aptis et commodis bonorum predictorum que ad sculteciam prefatam semper pertinere debebunt et pertinebunt. Poterit eciam ipse idem Jochno scultetus noster piscinulas pro usu suo circum circa Curiam suam sibi edificare et erigere cuiusvis contradictione minime obstante. In cuius rei fidem

rei fidem et testimonium sigillum nostrum est appensum testi-
monio literarum. Actum et datum Cracoviae feria quarta ipso
festo sancte Hedvigis Anno domini Millesimo quingentesimo
trigesimo nono (1539) Regni nostri anno trigesimo tercio. Pre-
04. sentibus

Księga Metryczna N: 92 p. 1107.

Duellum inter Nobiles Nicolaum Brzostowski et Stanislaum Psonka.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus presentibus literis quorum interest universis: Quia cum Nobilis Nicolaus Brzostowski de Galczycza heres mandato nostro, seu innotescentia potius litterali sub sigillo Majestatis nostrae emanata, vocasset seu citasset ad Curiam nostram Nobilem Stanislaum Psonka de Babin haeredem, provocans eum velut homo militaris, ut cum eo more militari in Curia et cum admissione nostra duello potius, quam in angulis et locis privatis sive publicis in vitam ejus illicite et indigne machinando: cum hoc sit contra libertatem publicam, jureque inter subditos nostros prohibitum, concertet: cavens similem casum ab eo sibi inferri, quemadmodum caeteris, ut ipse asserit, qui ab eo sunt trucidati, contigit, et ut si in deffensa sui corporis aliquid tale in personam praefati Stanislai fieri contingat, ne penas statuti incurrat. Itaque potius volens, si ipse Nobilis Stanislaus Psonka vellet vel ausus esset in curia nostra, quia jure et pace communi contentus esse non vult, cum eo concertare, quam in vita et alijs rebus suis periclitari, prout de hoc ipsae literae innotescentiae seu provocationis latius in se continent et obloquuntur. Itque negotium hucusque ex certis causis ad Majestatem nostram delatum est, et hoc post curiam nostram devolutum est. Sed quia Nobilis Stanislaus Psonka hic in curia nostra non comparuit, nec terminum ejusmodi duelli attentavit, ipse vero

Kromer,

Nobilis Nicolaus Brzostowski ad hujusmodi duellum paratum se esse offerret, idcirco Majestati nostrae supplicavit, quo literas significatoriales nostras ejus diligentiae et praefati Nobilis Stanislai Psonka absentiae, declaratoria praefati duelli, de quo coram nobis et consiliarijs nostris juxta praefatam innotescentiam seu provocationem protestatus est, ex cancellaria nostra mandaremus, ac ulteriores contra eundem processus eidem reservaremus. Cujus supplicationi uti justae annuentes, consilio nostrorum Consiliariorum accedente, praesentes ei dare mandavimus, et ulteriores processus eidem Nobili Nicolao Brzostowski, si voluerit contra praefatum Nobilem Stanislaum Psonka reservamus, testimonio harum, quibus sigillum nostrum est subimpressum, ~~literarum~~. Datum Petricoviae in Comitiis Regni Generalibus die XIII Januarii anno domini MDLIX (1559). Regni vero nostri XXIX. — Relatio reverendi in Christo patris domini Joannis Przerembski Nominati Episcopi Chelmensis Archiepiscopatus Gnesnensis Coadjutoris R. P. Vicecancellarij.

Sigismundus

Dei gratia Rex Poloniae: Magnus Dux Lithvaniae: Russiae Prussiae, Masoviae etc Dominus et heres: Significamus tenore praesentium quibus expedit universis et singulis, praesentibus et futuris harum noticiam habituris: Quomodo constituti personaliter coram nobis et Consiliariis nostris nobiscum tunc praesentibus Generosus Nicolaus Cżikowski de Wislawicze [Cikowski] Castellanus Sandecensis, Burgrabius Castri Cracovien[sis] et Advocatus hereditarius Bochnen[sis] ex una: et Famati cives Proconsul Consules ac Seniores omnium fraternitatum et contuberniorum civitatis Bochnen[sis] praedicte, parte ex altera, exhibuerunt literas pargameneas sub sigillo nostro appendenti, salvas, sanas, non viciatas, nequaquam in aliqua sui parte suspectas: Decretum Commissariorum nostrorum inter ipsum advocatum ac Consules totamque comunitatem civitatis Bochnen[sis] in se habentes, per nos de anno domini millesimo quingentesimo vigesimo primo: Regni vero nostri anno decimo quinto editas, Supplicaverunt itaque nostrae Majestati quatenus hasce literas nostras propter nonullos certos articulos in dictis literis contentos: de quibus ipsi mutua ordinatione aliam ad utramque partem eis magis utiliorem fecerant immutare: et ex illis literis res minus necessarias excipere

abolereq:

abolere que denuo vero literas pre-
fatas transcribi, et in meliorem
formam transduci mandare et
admittere dignaremur. Nos at-
tenta ipsarum partium supra-
scriptarum iusta digna atque
racioni consona supplicatione,
de munificentia nostra nostrorumque
Consiliariorum lateri nostro tunc
assidentium consiliis, eorum sup-
plicationi benigne annuentes
has ipsas literas nostras, exceptis ex
illis articulis eis nocivis, scribi,
tradi, et in hanc ut infra sequi-
tur formam reduci mandavimus.
In Nomine domini amen: ad per-
petuam rei memoriam. Nos Si-
gismundus dei gratia Rex Poloniae:
Magnus Dux Lithuaniae: nec non
Terrarum Cracoviae, Sandomiriae,
Siradiae, Lanciciae, Cuiaviae, Rus-
siae Prussiae, Culmensis Elbingensis,
Pomeraniae ac dominus et heres.
Manifestum fieri volumus tenore
praesentium quibus expedit universis
praesentium literarum tenorem scire
volentibus. Quomodo dum Generosus
Nicolaus Ozekarski de Woislavice,
Castellanus Polanecensis: Burgra-
bius Castri Cracoviensis: Ac locatus
hereditarius Bochnensis fidelis noster
dilectus, stans personaliter in praesentia Majestatis
nostrae et Consiliariorum nostrorum
penes nostram Maiestatem tunc
temporis existentium, obtulit no-
bis certas Decretorum literas cer-
torum Comissariorum nostrorum in-
ferius descriptorum iudicialiter
obtentorum: Quarum quidem lite-
rae fuerunt de anno domini mille-

simo

simo quingentesimo decimo octavo:
regni nostri duodecimo: hoc est
Magnificorum Generosorum et
Famatorum Nicolai de Camienicz
Palatini et Capitanei Cracovien[sis]:
Andreae de Coscielecz Castellani
Voijnicen[sis], et Regni nostri The-
saurarii: Zupparis quoque Zupparum
Cracovien[sium] et Procuratoris genera-
lis Cracovien[sis], Jacobi de Lubomirz
Judicis, Joannis de Bieckow sub-
iudicis, Michaelis Czurilo de Wi-
gnanow senatoris Cracovien[sis]. Jo-
annis Bonar. joannis Kijslinek
civium et consulum Cracovien[sium].
Item alterae literae aliorum Com-
missariorum de anno D[omi]ni mil-
lesimo quingentesimo decimo
octavo: Regni nostri duodecimo:
videlicet Magnifici et Generosi
Nicolai Jordan de Zakliczin
Castellani Voinicen[sis]: Scepusien[sis].
osswiacimen[sis] et Zatorien[sis] Ca-
pitanei, et Magni Procuratoris
nostri: Jacobi de Lubomirz
Judicis terre et castri Cracovien[sis].
Item terciae literae fuerunt alio-
rum Commissariorum de anno
D[omi]ni millesimo quingentesimo
vigesimo: regni nostri quarto-
decimo: hoc est Generosorum
Joannis Pienieżek de Craszlo-
wa judicis: Nicolai Thaschi-
czki de Luczlawicze subjudicis
terre: ac Stanislai Gorski vi-
cecapitanei Castri Cracovien[sis].
Item quartas literas nobis mon-
stravit arbitrorum, liberum
forum tagen[des] de farrina

duum

ducenda ad Civitatem Bochnensem:
et etiam occasione quatuor Pisci-
narum post Zuppam iacen-
tium et tangencium de anno
nativitatis domini millesimo quin-
gentesimo sedecimo; Regni vero
nostri anno decimo. Que qui-
dem litere tam Commissariorum
quam arbitrorum licet fuerint
et sunt literis nostris confirmate:
Supplicavit tamen nobis idem Ge-
nerosus Nicolaus Czicowski advocatus
memoratus, ut tales literas ex hijs qua-
ternis unas confici et fieri, et eas con-
firmari et approbari mandaremus.
Et licet in istis ipsis literis multe
fuerunt descripte propositiones et
responsiones que fiebant ex certis ci-
tationibus iudicialiter, in presentia
prenominatorum nostrorum Commis-
sariorum superius descriptorum inter
prenominatas partes, hoc est ex
una parte inter generosum Ni-
colaum Czikowski Castellanum Pola-
necensem Burgrabium Castri Craco-
viensis advocatum nostrum heredita-
rium Bochnensem et ex altera parte
inter Generosum Joannem Thanczin-
ski de Thanczin Succamerarium
terre Cracoviensis et inter Famatos
cives et communitatem Proconsulem
et Consules Bochnenses attamen
considerantes non esse necessa-
rium quod omnia scriberentur: duntaxat
hoc, pro quo res agebatur, et pro
qua re decretum et determinatum
judicialiter fuit per Commissarios nostros
supra expressos. Tenores autem li-
terarum predictarum de verbo ad ver-
bum hic sunt et sequuntur tales.
Quia Generosus Nicolaus Czicowski

de

124

de Woislawice Castellanus Polanecensis, Burgrabius castri Cracoviensis advocatus hereditarius Bochnensis penas judiciales per ejus viceadvocatum Bochnensem in jure judicialiter decretas, pro se debet recipere: et ejus successores legittimi debent recipere, et alias penas discernentiarum hoc est ex decernenciis vel alio quovis modo preter judicium in civitate et in Pretorio Bochnensi provenientes, advocatus hereditarius Bochnensis simul cum Proconsule et Consulibus Bochnensibus in medium debent recipere: advocatus hereditarius Bochnensis medietatem et Proconsul cum Consulibus Bochnensibus alteram medietatem. quam ~~[illegible]~~ medietatem suam Proconsul et consules debent convertere super necessitates civitatis in Bochnia. Eciam Nicolaus Cricowski advocatus prefatus solus per se, vel ejus Viceadvocatum, aut aliquem alium loco sui per ipsum super hoc electum, quando in Pretorium Bochnense veniret: et eosdem cives Proconsulem et Consules Bochnenses antiquos et presidentes per servitores civiles in talibus ipsi advocato et ejus electo deservire debentes: vel per quemcumque alium ad Pretorium aut aliquem alium locum advocaret: tunc ipsi prefati cives. Proconsul. Consules antiqui et presidentes Bochnenses, pro quibus servum civilem vel alium quemcumque mitteret, ad eundem advocatum Bochnensem, et ad ejusdem advocati deputatum ad Pretorium Bochnense et ad alium quemcumque locum debent venire: et cum eisdem Proconsule et Consulibus, Bochnensibusque omnes injurias et instituta in predicta Civitate Bochnia emergentia dispicere et corrigere instituere potest et debebit. Item quando predicti Proconsul et Consules Bochnenses de medio

eorum

eorum consilii assessorii presidentes
in actionibus insignibus et magnis
causis, pro eodem Advocato heredi-
tario Bochnensi in Bochnia presen-
tialiter existente, unum vel duos ex
consulibus soli ex se postulantes mit-
terent, ut ad ipsos in pretorium ve-
nire deberet: tunc predictus Ad-
vocatus Bochnensis in Pretorium in
Bochnia venire debet, si protunc
aliis negociis non fuerit occupatus:
et hujus modi insignes et arduas
causas simul cum eisdem Procon-
sule et Consulibus Bochnensibus aspice-
re et corrigere instituere possit
et debebit. Ubi idem Advocatus
hereditarius Bochnensis Nicolaus
Ozicowski, sicut Superior, locum su-
periorem presidentie habebit: et
ejus Successores legitimi, aut ipsi-
us electus in absentia ejusdem
advocati hereditarii Bochnensis ha-
bebunt, ac etiam tales injurias
et instituta superius descripta
cum eisdem Proconsule et Consu-
libus Bochnensibus providebit et corrigit.
Et ipse Proconsul et Consules Bo-
chnenses nunc et in posterum existen-
tes tales injurias et instituta
tam in Pretorio quam etiam in
Civitate et in suburbio Bochnensi
soli et per se non debent pro-
videre, discernere, corrigere in-
stituere: sed simul cum eodem ad-
vocato hereditario Bochnensi vel
cum ejus ad id deputato. Et Ad-
vocatus hereditarius Bochnensis
debet eligere notarium suum ad-
vocatialem ad jus suum advoca-
tiale: qui debet residere in Ban-

nito

pito judicii cum Viceadvocato
et juratis omnes actiones et in-
scriptiones scribere in Judicio in
librum Advocati et Juratorum omni-
modas extrahere cum voluntate
Advocati et Juratorum. Et idem
Notarius quem habet advocatus
hereditarius eligere, et nemo alius,
debet esse ad beneplacitum predicti
advocati hereditarii. Et Notari-
um civilem qui in Pretorio actiones
inscribit, istum debet Advocatus he-
reditarius eligere simul cum Procon-
sule et Consulibus. Et idem Notarius
ambabus partibus advocato heredita-
rio et Consulibus debet inservire:
Omnes actiones et inscriptiones in
Pretorio solummodo inscribere. Et
Advocatus hereditarius nec Procon-
sul et Consules Bochnenses una pars
absque alia ex officio notariatus
eundem deponere non debent: sed
invicem omnes id concorditer facturi
sunt. Item Notarius Civitatis in
Pretorio per Advocatum et Consules
unanimiter electus si videretur ydo-
neus ipsi advocato hereditario, pote-
rit si voluerit eundem ad jus suum
bannitum in scriptorem instituere, ad
sue voluntatis beneplacitum: et pre-
sertim si in civilibus et communibus
Pretorii negociis aliquid difficultatis
et damni seu negligencia non fieret
per predictum Notarium. Cisticu-
la vero in qua libri seu acta resi-
gnationum hereditatum vel aliarum
ex jure actionum servantur, debet
sub tribus clavibus custodiri: unam
clavem viceadvocatus, et duas jurati
servare debent. et non aperire,

nisi

nisi omnes conveniant. Item jurati Juris Bochnen(sis) et Seniores Contubernionum in Bochnia prefatus Advocatus hereditarius Bochnen(sis) et sui successores legitimi simul cum Proconsule et Consulibus unanimiter debent eligere viros idoneos utrisque partibus tam ipsi Advocato quam Consulibus bene conservatos: qui per eundem Advocatum, aut ejus Vicesgerentem requisiti aut vocati in aliqua necessitate judiciaria, vel quacumque hujusmodi convenire debent: et juxta eorum juramenta unicuique quod fuerit justum decernere et sententiare. Et non poterit eos advocatus hereditarius nec Proconsul cum Consulibus de ipsorum officiis juratis et Seniores ex Contuberniis unum sine altero deponere, sed sicut unanimiter eliguntur, ita unanimiter et concorditer deponi ex ipsorum officiis debent.

Item Proconsul et Consules antehac presidentes, post electionem novorum Consulum: que electio ex vetusta consuetudine fieri solet pro festo Circumcisionis domini, cito post electionem debent de omnibus et singulis censibus et proventibus civitatis facere racionem. Circa quam principaliter assidere debet Advocatus hereditarius Bochnen(sis) Proconsul et Consules electi et seniores presidentes Contuberniorum mechanicorum civitatis nec ipsa racio sine presentia advocati hereditarii Bochnen(sis) fieri debet. et si fieret vana et inutilis censenda erit. Item quandocumque aliquis incola Bochnen(sis) haberet aliquam

in

injuriam a vicino, vel alio quocumque. et volens subterfugere strepitum juris aut expensas, ad Advocatum hereditarium querulans confugeret, vel confugerent: si ad instanciam ejus ipse advocatus eundem ad Curiam suam vel ad Pretorium aut ad locum aliquem in civitate vocaverit reum, debet et tenebitur comparere, et justificare se super querela vel querelis. Casu vero quo se aliqua pars ad jus reclamaverit debet remitti ad Jus civile: nec violenter ad respondendum cogi et compelli debet. Etiam si similiter Proconsul et consules ad pretorium ad se aliquem vocaverint, ad instantiam alicujus vicini seu querelas: tunc pars advocata debet ad eorum requisicionem comparere. Si vero se ad jus aliqua pars reclamaverit, similiter debet remitti: nec ad respondendum violenter compelli debet. Etiam in Molendinis advocacialibus in Bochnia, et in civitate Bochnensi unus debet fore chorctus perpetuus tante quantitatis: que ex metreta alias tribus choretis Cracoviensibus sint duo choreti Bochnenses, et non aliter. in quo choreto debent emensurari duodecim mensure non minus neque magis secundum consuetudinem antiquam in civitate observatam. Super quo choreto debet esse unum signum advocaciale, et aliud civile. Et ille qui ad Molendina adduxerit aut attulerit molere eundemcumque frumentum cujuscumque grani, videlicet Braseis. tritico. siligine. et aliis frumentis, non debet magis a Choretto accipi, tantum duodecima mensura:

et

et non plus neque minus. Quam-
quidem duodecimam mensuram tan-
tum Cives. Suburbani. et incole Bo-
chnenses debent et tenebuntur suis
pecuniis redimere, et solvere in
manus prefati Advocati, et ejus
successorum legitimorum: a Van-
na, videlicet a duodecim choretis
brasei tritici: et siliginis emensu-
ratis dias Strichowanick, sex grossos.
Etiam predicti Proconsul et Consules
cives et tota communitas Civitatis Bo-
chnensis et Suburbani, non debent mo-
lere in aliquibus aliis molendinis:
et ville que hodie sunt, et in posterum
erunt, aut pertinebunt ad predictam Ad-
vocatiam et civitatem Bochniam, omnia
frumenta cujuscumque grani nisi
in molendinis advocatialibus et non
alibi. Et non debet etiam Pro-
consul et Consules jubere incarcerare
in civiles carceres homines Kmeto-
nes hortulanos servos advocatiales
ibi in Civitate Bochnia preter vo-
luntatem advocati, vel factoris
ejus. Item Proconsul. Consules.
cives. et tota communitas. et in-
cole Bochnenses predicti, sicut te-
nentur unus alterius violentiam
defendere: sic etiam jus suum ci-
vile et advocati sui predicti here-
ditarie ab omni violentia teme-
rariorum debent defendere et
tueri tenebuntur. Item quando-
cumque dictus fuerit Preco jura-
tus aut servus Civitatis ad
citandum aliquem ab advo-
cato:

cato: aut si ex aliqua causa, sille pro
penis de jure decretis, aut pro
aliis rebus ad pignorandum missus alias
na fantowanie foret: et ita
nullus debet talem servum juratum
aut preconem, aut servos Civitatis
vituperare, aut aliquibus molestiis
inquietare: sed juxta decretum juris
satis facere: pignus dare, aut penas
solvere. Item Proconsul et Consules
debent dare servos Civitatis advoca-
to hereditario, vel ejus Viceadvocato
ad incarcerandum homines civiles
a jure culpabiles, vel sentenciatos
ab Advocato, vel inobedientes juri
Advocaticiali quando ad ipsos Ad-
vocatus hereditarius, vel ejus vice-
advocatus mittet suum nuncium (tak).
Isti vero predicti Incolem in civita-
te Bochnia civiles homines et in
suburbio debent incarcerari in
pretorio in civile mancipium, seu
correctionem civilem, vel in domo
nuncii civilis jurati, qui homi-
nes civiles in Civitate Bochnia,
et in suburbio Bochnensi citat, ex
istis duobus locis, ubi predicto
Advocato hereditario potius ac
decentius videbitur ibi tales
incarcerari et mancipari debent.
Item quandocumque Advocatus he-
reditarius Bochnensis Proconsul aut
Consules aliquem malefactorem suum
aut Incolarum Bochnensium rapuerint
et captivaverint, tunc debet in
carceribus Civitatis recludi ser-
varique: et ex communi civitatis

fisco

fisco Tortori solutio debet fieri, et
aliae quaelibet impensae. Item Advoca
tus hereditarius Bochnen(sis) Proconsul
et Consules non debent quempiam
causas viduarum aut aliorum
hominum procurantem et non
procuret prohibere, sed licebit
cuicumque voluerit officium pro
curationis exercere libere. Nec
debet procuratori pro aliqua infa
mia vel levitate repeteri.
Item foralia liberi fori, a carnibus,
et ab aliis rebus quibuscumque alias
Sochawne eviterne debet fore
ad advocatiam Bochnensem. Etiam
hujusmodi predicto libero foro ab isto
tempore debet Advocatus Bochnen
sis utifrui ad advocatiam perpe
tuis temporibus. Et literas quas
habuerunt predicti Proconsul et
Consules Bochnenses ad ista foralia
alias Sochawne liberi fori, predicti
Commissarii nostri mandaverunt
dare prefato Nicolao Crzicowski Ad
vocato hereditario Bochnensi in ma
nus: quas ipse habebit et servabit
perpetuis temporibus ad advocatiam
ipsius Bochnensem. In his autem literis
sunt date iste videlicet in literis
Regis Wladislai data anni domi
ni millesimi quadringentesimi quinti: et in literis Joannis Alberti Regis anni domini millesimi quadringentesimi
nonagesimi quarti. Si autem pre
dicti Proconsul et Consules Bochnenses
earundem literarum habere vellent
minuta seu transumptum,
alias vidimus, ex eisdem literis
liberi fori, ex tunc debent dari,
et reponi ac monstrari coram Majestate
regia per predictum Nicola
um

um Cricorski; et M^{ajestas} regia mandaret dari transsumptu eisdem prefatis Proconsuli et Consulibus Bochnen^{sibus}. Cannalia vero Proconsul et Consules ac cives ad civitatem perpetue debent habere et possidere: neque alius quispiam eisdem debet uti frui: neque easdem edificare tantum civitas. Et possunt ea recipere, ex quocumque loco poterint melius ex advocati hereditate, ex piscinis et torrentibus advocacialibus, et ex rippis fluvii dicti Raba: vel ab Molendinorum obstaculis advocacialibus: et tamen absque damno predicte advocatii. Et litteras (sic) prenominatus Nicolaus Cricorski ex decreto prenominatorum Commissariorum superius descriptorum dedit Proconsuli et Consulibus Bochnen^{sibus}, quas iste prenominatus Nicolaus Cricorski habuit super Cannalia: In quibus litteris est data anni millesimi quingentesimi decimi noni. Regni vero nostri tredecimi. Etiam Mortarium sive mortaria alias Folussche debent edificari per istum predictum Nicolaum Crikorski (sic) Advocatum hereditarium Bochnen^{sem} in molendinis advocacialibus in fluvio dicto Raba; vel in piscina advocaciale ubi etiam est super ista piscina molendinum advocaciale: vel in aliquo alio loco sub advocatia ad prenominatam advocatiam pertinente ad fruendum perpetuis temporibus ad advocatiam Bochnen^{sem}. In quibus mortariis seu morta-

rio

rio alias Folusch quilibet fullo
seu Textor alias Kaszdi [illegible] Tkacz:
albo Kinapp sukiennik in Bochnia
suos pannos mandare poterit
et potestatem habebit ac tenebitur;
et non in aliquo alio loco. Et iste
prenominatus Advocatus ad
advocatiam omnes proventus et
utilitates capiet ex istis prenomi-
natis Mortariis, alias z Folluschow (sic)
secundum consuetudinem aliorum
Mortariorum alias Folluschow (sic), sicut
ex aliis mortariis utilitates seu
provenius capiunt: et signanter
secundum consuetudinem civita-
tis Casimiriensis (sic) que contigua est
Civitati nostre Cracoviensi (sic). Item pran-
dium seu collatio que erat juxta
consuetudinem antiquam facta ad
prefatum Advocatum Bochnensem he-
reditarium: vel super eundem
qui Consules eligebat: quam faciebant
post electionem novorum Consulum hec
[illegible] amplius eviterne non debet
fieri. Sed loco hujusmodi Collationis post-
quam predictus advocatus eliget Con-
sules novos extunc pro eodem tem-
pore debent reponere et dare eidem
prenominato advocato in manus,
aut suo procuratori, vel cui preno-
minatus advocatus personaliter aut
per literas mandaverit, hoc est
duodecim marcas pecunie mo-
nete et numeri polonicalis con-
sueti in Regno currentis quam
libet marcam per quadraginta octo
grossos computando. Item dum
et quando predictus Nicolaus Cri-

conitis

corski Advocatus noster hereditarius Bochnensis Citaverat in presentiam prenominatorum nostrorum Commissariorum pro electione Consulum Bochnensium et pro depositione ipsorum de sede Consulatus: ac etiam pro judicatione ipsorum: allegans hoc et deducens satis late, et jura sua pro eodem tempore super hoc demonstrando ac ponendo ea coram predictis Commissariis: quod hoc pertineret super ipsum sicut Advocatum secundum jura ejusdem advocati, et non ad aliquem alium eligere consulatum, vel Consules civitatis nostre Bochnensis et judicare ipsos ac deponere eosdem ex officiis eorum consularibus; et non super officium Succamerariatus hoc pertinet seu competit: neque super aliquem alium. Quiquidem predictus Joannes de Thanczin Succamerarius Cracoviensis ad istas predictas proposiciones satis sufficienter respondit: sua quoque Jura et Statutum Regis magni Casimiri pro tempore isto posuit et monstravit, docendo in presentia predictorum Commissariorum nostrorum quod ipse deberet prefatum Consulatum eligere. Et ita predicti nostri Commissarii superius descripti examinatis proposicionibus et responsis juribusque ipsarum partium utrimque bene revisis, judicialiter decretum fecerant: Quia Nicolaus Oricorski Advocatus noster hereditarius Bochnensis et ejus successores legitimi Proconsulem et Consulem Bochnensem super sedem Consularem in Bochnia eligere a

modo

ᵀ iudicialiter Generosum Joannem de Thanczin Succamerarium Cracoviensem

modo debet: et de eorum officiis Sedis

Consularis movere et deponere ei licebit, et erit potens: et nemo alius. Et tenebuntur in hoc ei obedire ipsi predicti Proconsul et Consules: et super istis locis presidere super que fuerint locati per eundem prefatum advocatum hereditarium Bochnensem. Et eosdem Proconsulem et Consules. cives. suburbanos. et totam communitatem et quemlibet seorsum civitatis Bochnensis judicare decernere. discernere; et punire potest, et plenam authoritatem ipse et ejus successores habebunt: pro eorum excessibus: perpetuis temporibus: et nullus alter. Et nichilominus prefatus Joannes Thanczinski Succamerarius modernus Cracoviensis: et in posterum existentes ceteri Succamerarii duntaxat fossores alias Copacze seu Seniores fossorum in Zuppa Bochnensi eligere debet, quantum ad ejus officium Succamerariatus pertinet. Etiam prefatus Nicolaus Crzikowski eosdem Proconsulem et Consules totamque communitatem Bochnensem pro quatuor piscinis post Zuppam Bochnensem sitis: quas piscinas idem Nicolaus Crzicowski allegabat ad Advocatiam Bochnensem antiquitus pertinere prout ipsos Cives Bochnenses in Jus Commissariale ad presentia prenominatorum commissariorum superius descriptorum citaverat: de hujusmodi omnibus citacionibus modo

ar

arbitrali et concordiali liberos demi-
sit et p[re]ntibus literis demittit.
Quas quidem quatuor piscinas pre-
fatas in potestatem prefatorum Pro-
consulis et Consulum toriusque com-
munitatis Bochnensis in totum con-
descendit et resignavit p[re]ntibusque
resignat. Quosquidem Proconsulem
et Consules et totam communi-
tatem ejusdem civitatis Bochnensis
pro eisdem quatuor piscinis pre-
fatis ipse Nicolaus Czirowski et
sui successores legittimi in per-
petuum impedire non debent: nec
quovis modo in hoc eis resistere.
Qui quidem Proconsul Consules et
tota Communitas Civitatis Bo-
chnensis Jus habuerunt: et literas
Wladislai dive recordationis
Regis Polonie sub data nativi-
tatis domini millesimi tricen-
tesimi vigesimi septimi anni
liberum forum in se continentes,
panes et farinas ad eandem Ci-
vitatem Bochniam de omni loco
ducendi. Quod fuerat in ma-
gnum damnum civitati; et mo-
lendinorum advocaci-alicum in
Bochnia, et ita prefati Procon-
sul, consules, et tota commu-
nitas Civitatis Bochnensis istud
Jus quod habuerunt, et hanc
literam olim Wladislai regis
Polonie prefati in manus ejus-
dem predicti Nicolai Czi-
rowski sicuti advocati heredi-
tarie dederunt et condescen-
derunt, pro prefatis quatuor
piscinis post Lippam. Et has
omnes res predictas que debe-

rent

ront esse in damnum aut contra
utilitates molendinales aut li-
beri fori panis et farine ad civi-
tatem ducendi tangen[tes] [immo] etiam uti
frui in perpetuum non debent.
Et si essent plures litere super
hujusmodi liberum forum Civi-
tatis Bochnen[sis] servientes: similiter
[inscriptiones] inscriptiones ubicumque et
ubilibet et in quocumque jure
existentes panes et farinas du-
cendi tangen[tes]: hiis inscriptioni-
bus, literis et consuetudinibus
quibuscumque isti prenominati
Consules et [tota] tota communitas ci-
vitatis Bochnia in perpetuum uti
non debent. Et si quas literas
apud Regiam M[aiestatem] modernam,
et in posterum apud Reges
Polonie ipsi cives Bochnenses
prefati super liberum forum
panes et farinas ducendi ex-
pedirent et obtinerent ad
damnum molendinis advocacia-
libus in Bochnia extunc non
debent prenominati Consules
et tota communitas civitatis
Bochnen[sis] talibus literis in per-
petuum uti. Qui quidem predi-
ctus Nicolaus Cricowski cum
predictis Proconsule [et] Consulibus.
et tota communitate Civitatis
Bochnen[sis] constituerunt, et una-
nimi consensu in vicem eisdem
obligaverunt, et [presen]tibus in-
scripserunt: quia liberu[m] foru[m]
noviter inter eos factum ha-
bere tenere [et] in Septimana du

dibus

abus vicibus videlicet Sabbatinis et quin-
tis feriis diebus celebrare in Civitate Bo-
chnia panes ducere, pinsare, vendere
in Circulo ante Pretorium Bochnense
sito: et non alibi: tantum hiis qui in
Civitate aut extra Civitatem in subur-
bio Bochnensi resident qui ad advoca-
tiam Bochnensem et ad Civitatem Bochnia
pertinent, tam de villa Chodinicze quam
etiam de villa Krzyżanowicze ad Ad-
vocatiam et ad Civitatem Bochnia
pertinente seu adiacente homines de
hiis villis omnibus prefatis debent
libere ad forum liberum tantum
duabus vicibus in septimana duce-
re, pistare panes. et in circulo
ante Pretorium in Bochnia sito
et non alibi vendere. Et si que
ville in futurum tam ad advoca-
tiam Bochnensem quam etiam ad Ci-
vitatem Bochnia empte essent, aut
adaugmentate, seu alio quocumque
modo aquisite per prefatum Advo-
catum et Cives Bochnenses: incorpo-
ratis homines debent habere et
utifrui liberum forum: panes
pistare, ducere et vendere.
Etiam prefatus Nicolaus Cikowski,
et sui Successores legittimi, cum
Proconsule et Consulibus Civitatis
Bochnensis dum et quando oportuni-
tatem viderent: quod Pistores in
civitate Bochnia existentes hanc
sufficientiam possint panis
absque oppresione hominum
civilium dare et sufficere:
tunc prenominati Nicolaus
Cikowski Proconsul et Consules
mutuo et invicem utraque

pi-

ex tunc ex talibus villis do-
minio advocaciali et civili in
Bochnia

libera fora panes vendendi tangentia
suspendere et transferre ad tempus
istud ad quod Advocato. Proconsuli et
Consulibus Bochnensibus videbitur: et hu-
jusmodi suspensio fori liberi juri
prefato nihil nocebit. In quo articu-
lo immediate expresso idem ipse
Nicolaus Cicorski Advocatus Bo-
chnensis: et sui successores legittimi
solus per se hujusmodi forum libe-
rum non poterit inter dicere nec
efficere: solummodo ex unanimi con-
sensu et voluntate Proconsulis et Con-
sulum Bochnensium istiusmodi sus-
pensionem fori liberi faciet. Similiter
et e contra prelibati Proconsul et Con-
sules Civitatis Bochnensis etiam solum
per se talem suspensionem fori li-
beri inhibere et facere non debent:
duntaxat ex unanimi consensu
et voluntate mutua cum prefato
Nicolas Cicorski advocato here-
ditario Bochnensi hujusmodi sus-
pensionem fori liberi inhibebunt
et facient: prout eis parte ab
utraque et eorum successoribus le-
gittimis visum fuerit. Item pre-
fati Pistores et sutores Bochnenses
quilibet eorum seorsum erunt
obligati et tenebuntur dare super
quodlibet festum Sancti Martini
singulis annis perpetuis tempori-
bus per unum Caponem predicto
advocato nostro hereditario Bochnensi.
Qui quidem prefati Proconsul, Con-
sules, cives, viceadvocatus, Scabini
jurati et tota communitas et in-
cole civitatem Bochnia nunc et

in

132

in posterum existentes, hujusmodi decretum predictum Commissariorum nostrorum predictorum per eosdem latum et definitum, in omnibus articulis clausulis et punctis superius expressis et nominatis habent eviterne tenere" implere et inviolabiliter ac firmiter tenere et observare" temporibus perpetuis Sub vadio viginti marcarum pecuniarum communium monete et numeri Polonicalis consueti: istud prenominatum vadium prenominato Nicolao Cikowski Advocato hereditario Bochnensi et ejus successoribus legitimis ad solvendum succumbent. Pro quo vadio predicto taliter per nostros Commissarios predictos vallato et interposito si contingeret prenominatos Proconsulem et Consules, cives, viceadvocatum, Scabinos juratos totamque communitatem et incolas Bochnen(ses) aut unum ex eis citari admitterentur aut admitterent: et tali decreto Commissariorum nostrorum satisfactionem non fecerint: aut istud non tenuerint, sive unus ex eis quicumque non tenuerit: ex tunc in Jure suo civili theutonico Bochnen(si) vel in jure" theutonico Maidburgen(si) in supremo Jure" in castro Cracovien(si): vel coram Majestate regia: sive cui regia Majestas commiserit aut comittet, illic ubi ei melius et utilius videbitur huic predicto advocato istos Proconsulem, Consules, cives, viceadvocatum, tatamque communitatem et incolas Bochnen(ses) vel unum ex eis predictus Nicolaus Cicowski advocatus hereditarius Bochnen(sis) habeat super eisdem repetere:

alias

alias dochodzicz pro prenominato vadio
viginti marcarum pecuniarum pre-
dictarum huic Niclao Czicorski ad-
